PANCRATII IVSTI-
NIANI PATRITII VE-
NETI, SENATORII, AEQVE-
SRISQVE ORDINIS, ET
COMITIS PALATINI
DE PRAECLARIS
VENETAE ARI-
STOCRATIAE
GESTIS LI-
BER.

PANCRATIVS IVSTINIANVS

Patritius, Senatoriiq; & æquestris ordinis, ac Comes Palatinus. S. P. D.

CVm negociorũ laboribus omnino: senatoriisq; muneribus magna ex pte essem aliquando liberatus: retuli me ad ea studia, quæ retenta animo: remissa temporibns reuocaui. Sed philosophiæ otio vacās præclara maiorꝝ gesta nostrorum memoriæ mandare existimaui: quia rempu. optimis institutis & legibus: moribusq; temperarunt nostri superiores. Quid loquar de re nauali? in qua virtutibus p̄stantes nostri maiores multum valuerunt. Quæ tanta principis constantia fœderis seruandi? Quæ tam excellens Regni fides: vt sit cum Veneta fide comparanda. Hanc enim rempu. proceres nobiles potentatu, & diuitiis opulentissimi condiderunt: hostes sæuissimos, profugientes: qui summa crudelitate Italiā vastabant. Nostra igitur legens: de hoc scribendi labore: vtere tuo iudicio. nihil enim impedio. Nunc: ne nimium longa sumatur epistola: de gestis reipub. nostræ præclaris summatim scribere incipiam.

QVia ab accolis montanis per princi/
pum seditiones assiduis vexationi/
bus Dalmatia premebatᷓ. Imperium
autẽ orientis cum indies conciderct:
vt auxilium afflictis sociis ferre non
possit: sponte rẽpu. Venetam Dal/
mate accersiere: Duce Petro Vrseo/
lo: patres hac de re cõsultarunt. Quaobrem princeps
Vrseolus in concione ait. Patres præclarissimi: optima
hæreditas nobis relicta est a maioribus nostris. Singu/
laris disciplina naualis: terrestrisq;. Nam bella aduer/
sus gothos, & longobardos pro tuenda dominatus li/
bertate gesserunt superiores nostri cum ingenti gloria.
Nos quidem decet pro principatus amplitudine Dal/
maciam tutari: & incolumitatẽ Iadræ nobilissimæ Vr
bis defendere: quæ est in nostro patrocinio. Quare re
ctum, & laudabile est aduersus Naretanos nostros ho/
stes veteres bellare: atq; expedit omnem littoralẽ oram
a veteri Narentanorũ iniuria vẽdicare. Nam Dalma/
cia plena est portuũ: ex quibus multa oriuntur cõmo
da nauigandi: & negociãdi. Nolite ergo patres optimi
occasionẽ vobis illatam recipiendi Dalmaciã nobilissi
mam prouinciã recusare. sapientis officium est nihil cõ
mittere: cuius postea pœniteat. Vobis equidẽ officium
est gloriam appetẽtibus præter cæteras gentes: vicinos
calamitate prohibere: & omni studio propulsare. vnde
gloria nominis vestri: salus vicinorũ: vectigalia magna.

reipu. nostræ forent: Ducatusq; amplitudo. patres prudentissimi: si Dalmaciã accipiatis vrbiũ opulentã: principes maris hadriatici eritis. Sũmus vero, & iustus deus: si nõ bene sentio: meliorem vobis sentẽtiam approbet. Respu. explorato Imperatoris orientis consensu: magnam confecit illico classem: cuius præfectũ dixit Petrum Vrseolũ principem, qui mox validam duxit classem in Dalmaciã: verno anni tempore & Parẽtium petit: huius vrbis deditionẽ polani, & multi aliĩ populi secuti sunt. mox Vrseolus Iaderã nauigat: cuius ciuitatis multitudo obuiam effusa: ingenti plausu: & lætitia Vrseolum principem excipit: & dominũ, liberatoreq; suum appellat. hic subito ex pluribus oppidis & Arba: suorũ populariũ nomine legati, & Antistites cum legatis affuere: promittentes se semper parere reip. Venetæ. Deinde ex Iadera Dux Venetus decem longas naues mittit ad vastandas Narentanorũ fines. sub Vrseoli autẽ appulsum: Belgradenses, & ragurini: sicenses idest Sabinenses legati præsto fuerũt affuerunt obediẽtiam dantes. exinde mota classe: spalatrum vrbs ea tempestate opulentissima deditionẽ fecit Vrseolo. Qui repente corcyrã nigram: nunc cursulam appellatã imperium recusantẽ Venetum expugnat. Cuius oppidi oppugnatione territi ragusini legatos miserũt illico cum suo antistite: seq; & suos Principi Vrseolo: reiq; pub. Venetæ dedunt. Mox Veneta classis: infesto agmine: Narẽtanorũ fines ingressa: omnia ferro: ac igni circa oppidum vastat. Tum demum fractis: fœda populatio

ne: animis: hostes Narentani pacem per legatos implo/ rant his conditionibus: vt quãtacunq; damna ab initio belli intulissent Veneto nomini: æqua æstimatione per soluerent: atq; ne piraticã exercerent. Dux quidem Vr seolus omni maritima Histriæ, Liburniæ, & Dalmaciæ ora potitus ouans Venetias reuersus est: Anno Do/ mini sexto, Millesimoq;.

Vrbano secundo Romano pontifice: qui in Claromõ tensi concilio sanctam expeditionẽ decreuerat: hortãte ad eam rẽpub. Venetam: validissimã triremiũ: nauiũq; numero ducentarũ classem confectam esse: militibusq; ornatam Venetiis à rep. Veneta perspicuũ est: propter bellum contra Turcos susceptũ. Michael filius Vita/ lis Michaelis Ducis à repu. electus præfectus eius clas sis Rhodum nauigat. Pisani tunc Venetis infensi cum triremibus quinquaginta ad portum Rhodiensem cõ curreruntt: inscii Venetæ potentiæ: cum qbus Michael iniuria lacessitus atroci prœlio pugnauit: supatisq; Pi sanis: triremes duas de viginti cœpit: in quibus milites quatuor millia erant: cruce signati: ob cuius reuerentiã: triginta Pisanis primoribus in obsides retentis: cæteros incolumes cum redditis triremibus Veneti liberarunt: maxima clementia, & munificentia vsi. Mox victor Ve netus smirnam Asiæ vrbem sex à mari millibus distan te: præsidio destitutã repente occupauit. per ea tẽpora Hugo cognomento magnus Philippi gallorũ Regis frater, Raimundus Aegidii comes: & Robertus Flan/

driæ:& Stephanus carnoti comes:podienses antistes: maximis copiis in Italiam trāsgressi sunt:quibus Boemundus Guiscandi filius homo impiger socia arma iūxit. Interim Petrus heremita cum Boloniis fratribus Gothifredo, Eustachio, & Balduino per Germaniā: Pannoniam:ac Thraciam:ingenti armatorꝝ manu Cōstantinopolim venit. principes Gallici ex Italia in Peloponensum traiecerunt:& bizantium se contulerunt. Alexius Impator Orientis, virtūte, & humanitate Boemundi regis filii orantis:iter:per imperiū:tutum exercitui gallico concessit. Itaq; omnes copiæ in Asiam traductæ ad Nicenā posuerūt obsidionem. Cuius oppugnationis tempestate:Turci, Arabes, & Sarraceni:ad sexaginta armatorꝝ millia adunati:maxima audacia aggressi Christianorꝝ castra:atroci marte omnes fere fuerunt occisi a' principibus Christianis:paucis hostibus in montes profugientibus. Qua clade perterriti Niceni ciues:post duos:& quinquaginta dies obsessi:se gallicis dedunt. mox exercitus fidelium:post duo certamina cruore ingenti aduersus hostes fœliciter gesta: Anthiochiam obsedit:per id temporis Veneta classis pāphilii:cilicii:& sirii maris oram legit. Recepta interim Anthiochia post quartum obsidionis mensem:dieq; octauum:non solum galli Duces castra Hierosolymā admouerint:sed per ocium expugnarunt:Constat equidem Venetos sub primum eorꝝ in Syriam aduentum: ex Iopensi portu capto:vbi pulsa fuit hostium classis: Hierosolymā venisse ad eam expugnādam. Itaq; post:

multam oppugnationem: vna die cum atrox certamen mane vsq; ad meridiem: oppugnando: dimicādoq; fie ret: Christiani vrbem ingressi victoriam obtinuerunt: Hierosolyma intra trigesimum nonum diem capta idi bus Iulii: nono & nonagesimo supra millesimum salu tis anno. Deinde ad aliorum locorum expugnationem Veneti cum principibus gallicis bellum persequeban tur, Hierosolyma est nobilissima vrbs palestinæ: quæ prouincia in Syria est, Arabiæ cōtermina, Syria regio est Asiæ, quæ ab oriente fluuio Euphrate: ab occidēte nostro mari, & ægipto terminatur: a' Septētrione vero habet Armeniam, & Cappadociam: a' meridie autem Sinum Arabicum, vrbibus maritimis expugnatis asca lone, porphiria, ptholomaide, & tiberiade: Veneta clas sis domum est reducta: tertio anno Venetiis profecta. Terrenum vero regnum Abrae promissum a Deo, & semini eius est a' flumine ægipti vsq; ad flumen magnū Eufratem. Non autem a' flumine magno ægypti hoc est Nilo: sed a' paruo: qd' diuidit ægyptū, & palestinā.

Balduinus eius noīs secūdus Hierosolymæ Rex Sarra/ cenis, & Turcis resistendi spe destitutus reipu. Venetæ auxilia poposcit. Interim Balduinus rex: Balach Par thorum regi Hierosolymā impetenti cōgressus: cum ma gno procerum: militūq; parte captus Chairum in carcerē perductus est. vel cum secūdus Calistus pontifex Ro/ manus intellexisset: vehementer orauit rēp. Venetā: vt regno hierosolymitano: christianisq; in Asia agētibus

ſubueniret.per id tẽporis Varimũdus patriarcha Hie/
roſolymitanus vir nõ magis ſcientia,& religione,q̃ ani
mi magnitudine,& prudentia p̃ſtans:capto Balduino
rege hieroſolymã,& regnũ:oĩum cõſenſu:adminiſtrã
bat, qui cõtinuo legatos Venetias mittens fœdera cũ
Balduino icta reipu. Venetæ cõfirmauit:ſubſid iũq; ad
uerſus hoſtes poſtulauit ſũmis p̃cibus, Balduinus pri
mus:ob præclara a' Venetis beneficia recepta:ſacrã in
ptholomaide ædem:vicum:foꝝ:areãreipu. Venetæ de
dit:vbi merum:mixtũq; cum gallis haberet imperiũ:
nec vna vrbe tantũ:ſed toto quoq; Hieroſolymitano
regno plurima tribuit Venetis priuilegia. Auditis igi
tur legatis pontificis,& patriarchæ:qui aſſidue implo/
rabant ſubſidia.quoniã gens ſarracena multa dãna, in
cõmodaq; regno Hieroſolymitano inferebat:Domini
cus Michael Venetiarũ Dux hec verba in cõcione ha/
buit.patres ampliſſimi in recipiendo regno Hieroſoly
marum:ac in eius amplitudine omnes vires tribuiſtis.
Nunc decet id cõſeruare:quia exercitus:claſſis:arma:
tormenta:atq; pecunia vobis nõ deſunt. Quid dicã de
iure fœderis ſeruãdo?nunq̃ fuiſtis fœdifragi.Nõ expe
dit Turcoꝝ potentiã augeri contra chriſtianã religio/
nẽ.Quod vobis nõ eſt inſcium.ſemp maxima fuit glo
ria imperio noſtro propulſare ſacroſanctã fidei religio
nem.Ius eſt enim faſq; Barbaræ ſuperſtitioni reſiſtere:
quæ q̃plures chriſtianoꝝ prouincias deuaſtauit. Niſi
putarem vobis moleſtum fore cõmemorarẽ præclariſ/
ſima maioꝝ noſtroꝝ bella aduerſus fidei hoſtes.Noli/

te igit̃ Hierosolymã amittere:vbi orta est salus vestra: cum opes:& vires non desint vobis. Quãobrem præstantissimi patres:ciuesq; nobiles sentio tutari Hierosolymitanum regnum.sententia principis vno ore ꝓbata:statim respu. Veneta:decreto:magnum parauit classem septuaginta onerariarũ nauium,& aliaꝝ triremiũ: ita,vt summa sit ducentarum militibus:præter nautas: bene instructarũ. Dominicus itaq; Michael,princeps classem ducens potentissimã ad annũ salutis secũdum, siue tertium,& vigesimũ supra centesimũ:millesimũq; Asiam petit:& apud Iopem ciuitatem maritimã supẽrauit Babylonicã classem septingentarũ nauium:quæ arcta,& periculosissima obsidione eam vrbem premebat maritimã Hierosolymæ proximiorẽ cæteris. Iope liberata:iussit patriarcha omnibus copiis in Tyruz iri: quæ est vrbs omnium:præter Hierosolymam:& Anthiochiam,Asiæ potentissima. Tyrus summis Barbarorum conatibus aliquandiu defensata:tandẽm multo Venetorum sanguine capta,& Hierosolymæ regno addita est. Confirmata postea sunt Venetorum priuilegia à Varimundo patriarcha:& deinceps à Balduino secundo rege pecunia redẽpto:vt in omnibus Hierosolymitani regni:Anthiocheniq; principatus vrbibus:priuam aream:priuum vicum:priuumq; forum Veneti haberent:atq; negocia:quæ Veneti in Asia facerent:omnibus essent vectigalibus immunia. Si quis Venetus naufragium fecisset:aut passus fuisset:aut intestatus diem iis locis obiuisset:illius bona Veneti ma

giſtratus eſſet:cui quot annos regius quæſtor ex Hie/roſolymitano erario aureos nummos trecentos nume/raret. In fœdere icto cum Varimundo Patriarcha ex/preſſum eſt:vt Tyri:aſcaloniſq;:ſi quando caperentur: Veneti tertiaʒ partē haberent. Tyrus nobiliſſima vrbs: quatuor menſes antea a' Balduino Rege oppugnata: terraq; & mari graui bello oppreſſa:a' Veneta claſſe capitur.per id temporis Emanuel Conſtantinopolitani Imperii Auguſtus Venetorū victoriis inuidens:vide/batur mouere arma in rempu. Venetam. Quāobrem Dominicus Michael in patriaʒ redire conſtituens:rei/pu.decreto:Rhodum primo:poſtea Chium Emanuelis Imperatoris inſulas ſpoliauit,atq; ſamnum:mityle/nas,Andrum:aliaſq; de Emanuelis imperio inſulas de/predauit:& occupato mothonico,& præda ibi facta inter ſuos diuiſa:vrbem cōmuniuit Michael Princeps: qui paulopoſt claſſem in patriam reducens:ſpaletum, & traguriuʒ regis vngarorꝝ hoſtis vrbes vi cœpit,atq; Dux celeberrimus,tantis rebus geſtis intra trigeſimū:q̄ pfectus Venetiis erat:menſem fœliciſſime geſtis,in pa/triā eſt reuerſus:a' p̄ribus, & pp̄lo magnope laudatus.

Emanuel Oriētis imperator:violato cū Venetis fœdere icto:lr̄as per totum miſit imperiū:hac in ſententia qui/cunq; Venetus eſſet:certa die caperetur cum omnibus nauibus,& fortunis Venetorum & factum eſt. Quod cum reſpu. Veneta intelligeret,rogatis patribus ad cō/cilium,Vitalis ſecundus Michael ſapientiſſimus Dux

hanc in concione habuit orationem. Magnanimi pa/
tres,& ciues fortissimi:impator nulla lacessitus iniuria:
vestros ciues in carcerem mitti iussit:retẽtis eorũ bonis:
quod maxime animos vestros excitare:atque inflãmare
debet ad inferẽdum ei bellũ. Nam nõ est memor impe
rator beneficii accepti:qui per legatos vehemẽter a' no
bis petebat validam classem aduersus Rogerium Vi/
scardi filium,Siciliæ Regem:qui sexaginta longarum
nauium classem per Hellespontum ad Bosphorũ vsque
thracium misit:quæ depopulauit:atque ædificia Constã
tinopoli contigua deuastauit:quæ classis victrix terro/
re nostræ classis illico in Siciliam reuersa est. Maiores
nostri:o ciues carissimi:sæpe propter mercatores,& na
uiculatores iniuriosius tractatos: bella gesserunt:vos,
tot ciuibus vna die vna litterarum significatione captis
cum omnibus bonis:quo animo esse debetis:si hono/
rem,& decus reipu.seruare velitis? Scitis imperatorem:
per legatum:a' nobis rogatum nec audire:nec ciues li/
berare:nec bona restituere voluisse. Videte ne:patres
præstentissimi:vt maioribus nostris pulcherrimũ fuit:
tantam vobis imperii gloriam relinquere:sic vobis tur
pissimum sit illud,quod accepistis:tueri, & conseruare
non velle:aut nescire. Quoniam facultas huius belli iu
sti gerendi: atque arma, & pecunia vobis non desunt.
patres conscripti:Dalmacia, quam Emanuel Impera/
tor occupare conatur: nobilissima profecto prouin/
cia vehementer est commoda nostro imperio ob na/
uigationem:atque vtilis propter vectigalia:& rem bel/

licam. est enim ea nautis opulenta: & viris ditissima bellicosis ad ornandam classem. Enim vero eum certe ordinem: qui mercaturam exercet: firmamētum esse rei pu. existimemus. a mercatura enim vectigalia oriuntur nerui reipu. habenda est igitur ratio: & cura eorū: qui ob scelus Imperatoris fœdifragi nephandum: magnā auri vim amiserunt. Non enim possunt vna in ciuitate multi amittere facultates: atq; fortunas: vt nō plures se/cum in eandem trahant calamitatem. Quāobrem quā to vos studio, & decet vos iniuriis lacessitos salutem ciuium: & bonoꝝ vna cum imperii dignitate tueri: sapiētia vestra iudicet: mihi credite: hæc fides: atq; hæc pecu/niarum ratio: quæ Venetiis: quæ in foro versatur: cum illis pecuniis Constantinopolitanis coheret: ruere illa non possunt: vt hæc non concidant. videte ergo num dubitandum vobis sit: omni studio: curaq; ad id bellū incumbere: in quo gloria nominis vestri: salus ciuium, Dalmaciaq; defenduntur. Respub. sententiā principis approbans classem centum triremium: & viginti nauiū fabrefecit: diebus centū. Eamq; ornauit: præter nautas: militibus veteranis. Princeps Vitalis Michael: reipu. decreto: classis Imperator omnem illyrici maris oram: partim a græcis: partim ab Vngaris occupatā vi & de/ditione recepit. sed capta Eubœa: & chio: pterritus im perator Emanuel pacē tractare per legatum cœpit. Michael princeps tunc ad insulā sanctæ panagiæ: chio profectus applicuit. per id tēpus morbus classem inuasit: seu corrupto cæli tractu: seu infecta veneno a qua impa

toris iussu, vnde Veneti aquabantur. Quia tempestate omnes Iustiniani: quicunque potuerunt arma capere per aetatem: in ea classe ad vnum periere. Vitalis Dux: omnibus: vt in patriam classis rediret: acclamantibus: quia milites: sociique nauales cadebant: Venetias classem reducens est reuersus: non confecta pace. At quidē Vitalis Michael Dux cum repu. aegre ferens: Iustinianā familiam esse fere extinctam: praeter aliquot senes domi relictos: propagandae soboli frigidiores: ab Alexandro tertio Pontifice Maximo Impetrauit: ut Nicolao, qui superfuerat apud monachos sancti Nicolai: liceret adolescenti vinculum religionis soluere: quo suam familiā repararet. Itaque iussu pontificis: monasterio abeunti Nicolao Iustiniano sacris initiato princeps vnicā filiam noīe Annā despondit: ex quo coniugio duorum beatorum renouatū est genus Iustinianū: atque propagatū postea.

Foedericus primus natione sueuus Imperator omnē perturbauit Italiā: atque bellauit aduersus Alexādrum tertium pontificē Romanū: qui Imperatoris iram, & manum hostis fugiēs Venetias petit: & a Sebastiano Ciano Duce, & a repu. est cum summa honorificentia susceptus. paulopost oratores ad Foedericū Imperatorē Veneta respu. mittit cum litteris solita bulla plumbea cōmunitis: quod pontifex cōspiciens approbauit. Imperator vero: auditis legatis orantibus: vt pax fieret cum pontifice: vehemēti motus est ira, & cito rñdit: nisi Alexandrū in ptātem meā affatim traderetis: debellabo vos:

& in sancti platea Marci victrices ponam aquilã: non ante sæcula fixã. Quod responsum non sufferens resp. repente classem validam triginta longarũ nauium re/parauit ad retinendũ maris imperium. mox cum trepi/dis nunciis allatum esset: Othonẽ Fœderici filium cu3 quinq3 & septuaginta longis nauibus appropinquare: Tum Cianus princeps portu Veneto egressus trigin/ta triremibus optime instructus pergit hosti ire obuiã. In Histriæ ora haud procul à Salborio promõtorio: qđ in piranensi tractu est: cõcursum ferunt: atq3 atroci pugna pluribus horis dimicatũ est. Demum hostium classe fusa: fugataq3: nauibusq3 octo: & quadraginta ca ptis: in quibus regia fuit triremis: retentũ est maris im perium: & Otho cunq̃ pluribus proceribus Venetias est adductus. mox Otho obsecrauit rẽpu. vt ad patre3 mitteretur Imperatorẽ: promittens eũ ducere Venetias ad conficiendã pacem. Dato iureiurando: vt si non im petrasset: rediret: Otho exposuit patri Venetos diuino auxilio extitisse victores. quoniã ipse obiit Ducis offi/cia classis, & se præstauit: qualẽ promiserat Ducem. Im perator filii rationibus motus Venetias se contulit: & magno exceptus est honore, & lætitia orbis terrarum principes Alexãder tertius pontifex: & Fœdericus im perator se cõciliauerunt: pace sollẽniter confecta: quem Ludouicus rex Franciæ: & Henricus Angliæ Rex: & alii plati, & principes nec cõficere: nec obtinere potue/runt. Deinde Sebastianus Dux Fœdericũ prio Rauẽ/nã vsq3 (vt nõnulli aiunt) & post Alexandrũ pontificẽ:

longiore aliquãtisper nauigatione prosequutus est:ta/ men memoriæ proditum est: Fœdericũ terrestri itinere: Alexandrum pontificẽ cum Ciano Principe naui eo/ dem tempore Anconẽ peruenisse:atq; ꝓclara insignia a' pontifice Venetis Ducibus data fuisse constat.q̃q̃ ab orientis imperatoribus principes Venetiaꝝ superiores multis aucti honoribus fuerunt:præsertim consulatu: qui honos protosphatario habebatur maior.

Guido rex Hierosolymæ:collectis copiis:magnum edu xit exercitũ æquitatus, & peditatus aduersus Saladinũ potentissimũ Asiæ regem ad Tyberiadem obsidione li berandam,mox accerrime:dubio Marte:pugnatũ est, Tripolitani comitis ꝓditoris fuga:a' fide deficiẽtis diui na consternati milites:cũ artus siti hebetati essent:fuge rẽ cœperunt,& q̃plures in fuga perẽpti fuerunt.Paulo post Saladinus victor ptholomaidã in deditionẽ acce pit:& quicqd ab ea ad scalonem maritima habet regio. postea ascalonem dierũ oppugnatione decem agitatã domuit.Saladinus hac cõditione:vt Guidonẽ, & tẽpli magistrum captiuos libere abire Tyrũ permitteret Sa/ ladinus:qui Asiæ rex haud multopost per viginti dies oppugnauit Hierosolymam:quæ desperatione magis subsidii adducta:q̃ hostis terrore: secunda die Octo/ bris Anno octogesimo.postq̃ in christianoruꝫ fuerat potestate:se hac lege dedit:vt cũ suppellectili:quã hu/ meris singulis ferre possent:christianos abire cõcedere/ tur. Quidam:facto agmine:patriarchã secuti Tyrum

peruenerunt. Alii Alexandriam migrarunt: vt inde in Siciliam traicerent. Deinde Saladinus Anthiocenum Patriarcham subornauit: cuius ꝓditione Anthiochiã occupauit. Quibus rebus Clementi tertio noĩe Pontifici Romano renunciatis: ipse Pontifex paucos post annos Fœdericũ primum Imperatorẽ: & philippũ regem Francorũ, & Ricardum regẽ Angliæ: Oddonẽq; Burgundiæ Ducẽ: vt laborantibus in Asia christianorum rebus subuenirẽt: impulit. Pars mundi: quæ Asia nuncupatur: a' meridie per orientem vsq; ad septẽtrionem peruenit. Europa vero a' septentrione vsq; ad occidentẽ: atq; inde Africa ab occidente vsq; ad meridiẽ. itaq; tres orbis terrarũ partes non æquali diuisione fecerunt. Nam vniuersa Asia est dimidiũ mundi. Pontifex ad istam expeditionẽ concitat etiã: accẽditq; Venetos: vt arma caperent. Itaq; reipu. decreto: valida classis est bene instructa: inquã magna nobiliũ manus Italiæ est ingressa. Pisani in hadriatico mari Venetis iuncti: ingẽti nauium numero: in syriã traiecerunt. sed vtriusq; classis aduentus Fœderici, & alioꝶ regum itinera lõge præcessit. Nam terra: mariq; ptholomaida oppugnata fuit ante regum aduentum: Philippus primus: nec multo post Ricardus in Syriam transierunt. Fœdericus: paucissimis Asiæ vrbibus receptis: minorem Armeniã ingressus: lauandi sudoris studio: in prææltum flumẽ descẽdens impetu aquarũ victus periit. post duoꝶ reguꝫ aduentum: vbi binis castris simul iunctis: galloꝶ opes validiores esse cœperũt: ciues ptholomaidæ: desperatis

auxiliis

uxiliis omnibus:deditionē fecerunt:anno:ex quo ob
deri cœperat vrbs:circūacto ptholomaida recepta,id
ſt ancone: Veneti:quod iure belli olim in ea vrbe ſibi
uæſiuerant:recipiunt.per temporis interuallū:ſeditio
nter Philippum,& Ricardum reges exorta eſt. Vnde
Philippus Franciæ Rex:parte ſui exercitus attributa
Oddoni Burgūdiæ Duci:cum reliquo in Galliam cō
nigrauit.filius Fœderici Imperatoris Dux Sueuiæ in
Germaniā rediit.Vere adueniēte: Ricardus, & Oddo
n obſidione Hieroſolymæ caſtra poſuerunt haud lon
e ab vrbe ſexto miliario.paulopoſt Ricardus ſecretū
um principibus exercitus colloquium habuit:in quo
icebat ſuum fratrē affectare regnū ſuum,& Philippū
rancorum regem Normandiā.Quo laceſſitus ſe in An/
liam migraturū conſtituit.quo intellecto:cōſternatus
t exercitus:cum victoria Hieroſolymæ recipiēdæ mi/
taret.Memoriæ proditū eſt:Ricardum Angliæ regē
x meſſana:fœda tēpeſtate iactatum:Cyprum tenuiſſe.
Quā totam inſulam:ob denegatū ab inſulanis portum
epopulatus eſt:in ſuamq; redegit poteſtatē. Itaq; eā:
xpeditione hieroſolymæ relicta:tradidit Guidoni hie
oſolymæ olim regi.Qui cū ſupellectilibus ad Cyprū
nigrauit.Veneta claſſis poſt triēnium cū nauium repa
atione,& militū,remigūq; ſupplemētis permaxime in
igeret:a' littoribus Aſiæ pfecta Venetiis petiit:confe/
a pace a' Ricardo Angliæ rege cū Saladino rege fidei
oſte:vt principes chriſtiani principatū tyri:atq; ptole
aidæ retinerēt cū oī agro:qui inde ad Iopē ptendit.

Anno domini bino: ducentesimoq; supra millesimum: Bonifacius Montisferrati Marchio, & Balduinus co/ mes Flandriæ, & Henricus sancti Pauli comes: atq; sancti Aegidii: Sabaudiæq; comites. Venetias primo anni tempore peruenerũt in Asiam aduersus Turcos, Sarra/ cenosq; moturi. vt à repu. opem postularent: transinit/ tendis in Asiam copiis: quingẽtis, & quatuor millibus equitibus, & octo millibus peditibus. Militibus vero ad principũ edictum tardiuscule cõuenientibus: proceres: pecuniis pro viatico cõsumptis: pecuniam à Venetis rogauerunt mutuã. Decretũ est eam esse dono dan/ dam. paulopost inita sunt in annũ fœdera cum gallicis principibus: vt præter vrbes, oppida, locaq; Venetorũ ad Pannoniæ regem deficientia recipienda: quicqd oppidoꝝ, & ciuitatum, & omnifariã prædæ caperetur: di/ midium Venetis ex fœdere deberetur: reliquũ gallicis sit. Itaq; cõparata classe nauium ducentaꝝ, & quadra/ ginta omnis generis: primus omniũ Henricus Dandulus Venetiarũ Dux cum triremibus sexaginta Idibus Octobris Veneto portu ꝑfectus est. Quẽ postridie reliqui secuti sunt. mox Tergestinis, & aliis Dalmaciæ op/ pidis domitis: Henricus Venetiaꝝ princeps cum sociis gallicis Iadderã totiens rebellem: quæ quippe à Venetis ad Pãnoniæ regẽ defecerat: oppugnat valido regio præsidio munitam. Vrbs sæpius oppugnata: multusq; cruor vtriusq; fusus est. Demũ post varias clades: vrbẽ armis receptã: qua parte mari alluit: muro nudarũt Ve:

aeti. Dehinc hyeme appetente, Alexius puer Isachi fi- 10
lius: qui patrui sceleratas manus effugerat: Dandulo:
gallicisq; principibus circa Iadderã hybernãtibus: sup
uenit: atq; ab eis opem ꝓcibus, & lachrymis implora-
bat ad imperium recuperandũ. Quãobrem ꝓmittebat
magnũ auri pondus: præmia multa, & magna pollice-
batur. Soluerunt ab Iaddera ad veris initia bello socii:
perpetuo cursu Constantinopolim petituri: recupatis
oĩbus Dalmaciæ locis pro Veneto Dominio, classem
confœderatoꝝ Bosphoꝝ ingressam ad magaria locũ
galathis e' regione oppositu3 haud longe distantem a'
Constãtinopoli: remorata est cathena ꝓsidiis ad vtrũq;
latus cõmunita: ad quã expugnãdam cum essent prin
cipes, oratores Cretenses duabus vecti triremibus pu-
blico noĩe insulam Cretæ Alexio puero dediderunt.
Cathena perrupta: exercitus vrbi appropinquat. sub
primam obsidionem, Veneti viginti græcoꝝ tritemes:
quæ portũ tuebantur: acceperunt: altera validissima ca
thena in portu rupta. Mox theodoricus lascarus adul
teri ĩpatoris gener, & copiaꝝ ductor: eruptione ex vr
be repente facta: impetũ in hostes fecit. Cruentũ prœ-
liũ: & atrox extitit. demũ græcus intra mœnia cõpulsus
est. Veneta iuuẽtus fortis: occisis ꝓpugnatoribus muri
a' mari: vrbẽ intrauit post accerrimũ certamẽ. Alexius
iniustus Imperator: desperatis rebus: ex vrbe aufugit.
Quo consternatus populus Alexium puerum pate-
factis repente portis, in vrbe suscepit: Isach Imperato-
re ex vinculis liberato: qui morbo aeris ab insolentia

contracto, confestim interiit. Alexius cognomento Myrtilus Imperium affectans humili loco natus, & ab Isach honoratus Alexium puerum Imperatorẽ fraudeac dolo: propria necauit manu: fretusq; satellitibus Imperium arripuit. Illicoq; a' Græcis forte impetus in Flandrensis comitis stationes primo est factus. Victus Myrtilus trepide se in vrbem recepit. post cõsultationem imperii occupandi: fœdera primum omnium inter proceres exercitus: classisq; iniuria lacessitos. hac cõditione, & formula renouata sunt: vt ipsius vrbis cõstantinopolis: locorum, rerũq; omniũ, quas armis ex Constantinopolitano imperio capturi essent: dimidiũ gallis daretur: reliquum Venetorum imperio sit. fœdere inter Venetos, gallosq; icto: vrbs ab his terra: ab illis mari variatis: per duos de septuaginta dies: oppugnata est. Demum muro in portũ verso superne de nauiũ malis: caueisq; sicut alias: expugnato: priores vrbe potiti sunt Veneti. Quãobrẽ populus supplex veniam impetrãs: portas patefecit Venetis mœnia tenẽtibus. Inde prior Venetus vrbem Constantinopolim ingressus est. Alexius tyrranus noctis vmbra vsus cũ vxore: pellicibus: magnoq; auri pondere: suppliciũ euasit. Quiete vrbi data: principes cum Venetis Balduinum Flandrensem principem cõcordia declararunt Imperatorẽ hac conditione, vt perpetuo permaneat Venetis potestas creãdi Constantinopolitanũ patriarcham. Itaq; Thomas maurecenus in sacris agens in patriarchã Constantinopolitanum a' Venetis declaratus est. Inde ad nonã ca/

ptæ vrbis diem:omni Thracia,quæ Adrianopolim & Constātinopolim:dierū trium itinere:quaqua versum iacet:mira fœlicitate rerū:socii potiri sunt. Veneti Cretam insulam,& Eubœā:& omnes insulas:quæ in ægeo & Ionio sunt:receperūt:Reliquum:quod possidebāt Isach, & Alexius fratres Imperatores: in potestatem venit Imperatoris gallici.

Andreas Panoniæ rex:qui ius omne:quod in Dalmatia suum:ad id tempus:regnum habuerat: Venetis cōcessit,Honorio tertio Romano Pontifice:bellum sumpsit,aduersus Soldanū:cum repu. Veneta:aliisq; principibus sociis.mox ad vrbem Damiatā posuerunt obsidionem.Eam nēpe nili particula amnis ambit.proceres Veneta classe adiuti diu oppugnarunt turrim maritimam ingenti præsidio munitā:quæ demum in potestatem principum venit.per id tēpus Nili ægypti fluuius, vento inflāte:superauit ripas adeo:vt vnda maris:inde amnis redūdantia peruaserit Christianorum castra.vnde iactura impedimentorū facta:& maxima cōmeatuum pars est corrupta.Christiani oratione,& ieiunio molitiem maris a Deo impetrarunt.Deinceps exercitus,& Veneta classis vltra:citraq; fluuium cingebant vrbem. Quo perterritus Soldanus ad mille passuum ab amne: castra tenens mira velocitate profugit.Interim magna pestilentia depopulata est Damiatā. Quo tēpore vrbē male custoditam cæperunt Christiani:admotis noctu scalis.sed ciues Sarraceni veniam impetrarunt. Donec

vrbs cadaueribus mūdata: pestilentiaq; sedata sit: in ca/ stris est cōmoratum. haud multopost principes Kalendis Februarii ingressi Damiatā: postea die purificationem gloriosæ Dei genitricis Mariæ celebrarunt: facientes in basilica: & per vicos, & plateas, ingētia luminaria. Deinde ꝑceres prædam omniū rerum, & ditissimæ supellectilis: atq; maximā auri vim æquo iure diuiserūt: mox eduxerunt: in Cayrum exercitum: vbi Soldanus omnes fere sui principatus cōtraxerat copias. Christiani ad tria passuū milia à Cayro posuerūt castra. Cum milites per duos menses regionem deuastassent: Nilus postea solito citius: plusq; est tumefactus. & Soldanus catharactas vbiq; nō magis amoueri: q̄ ripas ad amnis fundum defodi curauit. Vnde cum regredi Damiatā principes non possent: nisi maximo cum periculo per Nili aggerem ab hoste custoditū: finem bello imposuerunt hac cōditione: vt Soldanus partē ligni crucis: quā habebat, Christianis redderet: Damiata cum rebus in ea repertis Soldano dimissa: captiuisq; vicissim liberatis: maxime Gualterio Camerario regio Galliæ: atq; Christiani libere ptholemaidā, Tyrūq; cōmigrare possint. Quibus vrbibus: earūq; oppidis pax per octo annos à Soldano seruanda esset. Is annus erat salutis primus & vicesimus, ducentesimusq; supra millesimum. pace cōfecta: rex Pānoniæ, & Dux Austriæ: aliiq; principes, & Veneta classis in patriā abierunt. Regnū equidem ægyptioꝝ semper potentissimū fuit. Nam tēpore Abrae: qui natus erat, anno circiter millesimo ducente/

ſimo ante Romam cõditam:tria excellebant regna Aſſyriorum:ægyptiorum, & Sichimorũ in Europa. Sed Aſſyriorum regnum multo erat potentius:atq; ſublimius a' Nino belli filio amplificatum.

Fœdericus ſecũdus imperator Germanus oẽm occupare Italiã conatus eſt:cum Ciſalpina Gallia eius armis opprimeret. Gregorius nonus Pontifex Romanus Fœderico infeſtus per legatũ rogat fœdus a' rep. Veneta: clade nõ mediocri illata ab impatore Mediolanẽſibus: propter quã non pauci viri illuſtres in fœderici ptãtem venerũt. q̃q̃ paulo ante Veneta claſſis: ꝑfecto Andrea Teupolo Ducis filio: impãtoriã fudiſſet claſſem: ſuperaſſetq;:interceptis aliquot impatoriis triremibus: q̃ ad præſidiũ oræ appuliæ erat: cuius regionis oppida quædam Venetus diripuit. Quare pturbatus impator Patauio profectus in Venetos fines mouit ſagna. In Bebiacã turrim,& agrum Patauio cõtiguum Venetum: quẽ populatione ferro,& igni infeſtauit. ſed magnum præſidium: ac ingens Cymbarũ multitudo ſagittariis plenarũ miſſa: ſubito interuentu: hoſtem abire coegit. exinde Imperator: acceptis Patauinis, & Veronẽſibus obſidibus: ſignum in Mantuanã mouit: indeq; iter in lucẽſes reflexit. Deinceps compoſitis Hetrurie rebus: omni eccleſiaſtica ditione potiri admittitur. per id tempus: audita Pontificis legatione, Princeps Venetiarum in concione hunc habuit ſermonẽ: patres ampliſſimi: nos decet patriæ libertatem conſeruare: quam

maiores nostri relinquerunt: qui pro ea mortem oppetere non dubitarunt. Nemini ambiguum est actum esse de Imperio nostro: nisi resistamus cum Pontifice socio, & confœderato imperatoriæ potentiæ: ne maior fieret. Victo enim Pontifice: omnis Italia Fœderico imperatori parebit, bellum est iustum. noster est enim hostis. Nec difficilis est expeditio Ferrariensis. quia Ferrariam valida classe, & terrestri exercitu potēti expugnare possumus. Quid dicam de victoriæ vtilitate? Nā Ferraria q̄plures Padi portus habet: ex quibus multa vectigalia accipi possunt. Si ergo velitis: patres fortitudine præstantes: incolumitatē vestri imperii tutā esse: non est negandum Pontifici fœdus, maxime quia Ferraria nostro agro cōtermina in manu est Imperatoris: cuius auctoritas apud populos plurimū valet. Reipu. Decreto Iacobus Teupulus Venetiarum Princeps præpotentē duxit classem per Padum: alio nomine Eridanū vocatum: atq; continuo Ferrariam obsidione vrget aqua: & Legatus sedis Apostolicæ illam cū exercitu socio præmit. haud multo post Salniguerra eius vrbis gubernator seductus per insidias captus est. Vnde Ferraria illico est recepta. Quā Legatus Apostolicus Azoni Estēsi attribuit gubernādam, & plures īmunitates in ea Venetis concessit. post multas clades, & Italiæ calamitates Imperator Fœdericus secundus vita decessit. De genere eius mortis varie fertur.

Ecelinus obscuro loco natus Fœderici secundi Impera-

toris ductor:& tyrãnus omnium imanissimus transpa *13*
danam occupat Italiam imperatoris nomine. Quáob
rem Alexander quartus antistes Romanus laboranti/
bus transpadanis cupiens ferre opem:legatũ Venetias
misit:qui hæc expoluit verba. Illustrissime Princeps
Alexãder Romanus Pontifex te hortatur:rogatq;,vt
respu.tua potentissima aduersus Ecelinum sæuissimũ
tyrãnum:Romæq; ecclesiæ hostem:secum sumeret bel
lum. Quod te recusare sua sanctitas non existimat. In
hominum quippe memoriã est:maiores vestros aduer
sus ecclesiæ hostes:continue extitisse victores. Quáob
rem optime Princeps:mores superiorũ tuorũ sequere:
ac Ecelinum tyrãnum Italiæ formidolosũ opprime.
officium nãq; Principis est:regnum aduersis casibus in
clinatum erigere. Quá ob causamq̃q̃ animarum cura
Pontifici est:tamẽ suum est quoq; officium laboranti/
bus.& Romanæ ecclesiæ studiosis ferre subsidiũ:ac ty/
rãnnos:hereticosq; opprimere,& vincere. Itaq; quicq̃d
Alexander Pontifex dicit:facit:cogitatue:se Pontificẽ
esse continue cõsiderat:vt nihil vnq̃ agat indignũ tan/
to nomine. Iustissime igitur Princeps:necesse est:vt cõ
tra Ecelinum phalari truculentiorẽ tua moueas signa.
Quod te libenti animo facturũ existimo. Reipu.deli/
beratione, Princeps respõdit. Legate præclarissime:no/
stra respu.semper vtilitati cõsuluit humanæ societatis:
religionisq; Christianæ. Nulla est enim societas nobis
cum tyrannis:sed potius summa distractio est.neq; est
cõtra naturæ ius spoliare eum:si possumus:quẽ est ho/

nestum,& iustum necare.hoc enim omne genus pestife rum:atq; impium ex hominum cõmunitate extermi/ nandũ est.perspicuũ est.n.hominem naturæ obedientẽ, homini nocere non posse. vbi æquitas omnis tollitur: se habere suum cuiq; non licet.Quã ob causam respu. nostra suæ sanctitati satisfacere vult: cum sit optimus ouiũ pastor.Nam decreuimus nos velle ei iungere fœ dere:atq; bellũ cum sua beatitudine aduersus Ecelinuз magno animo gerere. Deinde magnificũ Veneti fece/ runt exercituз:ingentẽq; classem,Thomaso Iustiniano terra,& Marco Baduario mari præfectis.Qua tempe/ state Ecelinus tyrannus ingentibus diuersaꝝ gentium copiis fætus Mantuaз,obsidione grauiter præmebat. Exercitus põtificius,Venetusq;:ex bebiis primo castris motis:in saccẽses peruenit:quod Ansedinus Ecelini ex sorore nepos resciens inde Patauiũ:citato agmine:pro/ perauit. Legatus Apostolicus,& Venetus:Saccẽsibus in fidem acceptis:pertinaciter persequuti hostem sunt. sub quoꝝ accessum tam subita oppugnatio Patauium adorta est:vt pons curuus subito captus sit.exinde cir/ ca altinatẽ portam magno impetu hostem adoriũtur socii:multo cruore fuso:& eam ciuitatis partẽ cæperũt. Desperatis rebus,Ansedinus suæ saluti consulens cum necessarioꝝ manu:auersa parte vrbis aufugit:ad cuius fugam subita ciuiũ deditio secuta est.Arx vrbis quar/ to die post:agriq; Patauini oppida in legatorũ Apo/ stolici:Venetiq; potestatẽ venerunt.Quo territus Ece/ linus tyrãnus cito Mantuã obsidione soluit:& Vero/

niam summa velocitate pfectus est. vbi primũ omnium: duodecim Patauinorum milia eminẽtioris fortunæ iussu eius) ad vnũ occisione crudelissima perierunt. mox Patauium oppugnare conatus est tyrãnus: sed plio pulsus ad Veronã rediit. paulopost Ecelinus annũ agens octogesimũ in certamine saucius fugiens apud abduæ fluuium captus est: atq; Soncinũ delatus summa miseria diem finiuit. Anno domini nono quinquagesimo, ducentesimoq; supra millesimũ. Nec multopost victo Alberto Ecelini fratre, Taruisium: aliæq; vrbes in libertate restitutæ sunt: vndecimo huius belli mense.

Anno domini sexto quinquagesimo, duodeciesq; centeno, Genuenses beniuolentia fræti Philippi mõfortensis præfecti ptholemaidis gallica gẽte orti occupant sacrã diuo Sabbæ edem: Venetis quoq; phanum cõe. Quã ob causam ortum est bellũ. Nam Veneta classis tredecim triremiũ: cathena, qua portus ptholemaidis aditus occludebat: subito tumultu refracta: in Genuẽsium naues impetuz fecit: quæ numero tres, & viginti onerariæ: duæ vero triremes illic statione habebant. Quibus captis Veneti nautica: bellicaq; instrumẽta eximiũ, & ignẽ mox subiciunt. Quæ classis hostis ad vnã incendio absumpta est. Deinceps Genua ad cladem vlciscendã triremes quadraginta: nauesq; cæteas decẽ in Syriã mittit. Qua re intellecta: respu. Veneta mira celeritate instruit: classem triginta nouem triremium, & nauium onerariarum viginti; præfectis Andrea Zeno, & Laurentio

teupolo. Qui aduersus hostes processerunt ptholemaidem versus nauigantes. Validæ classes sibi obuiam factæ continuo concurrunt ad pugnam forti animo. postq̃ consuerunt manum: cruente Marte: Genuenses repulsi, & fugati Tyrum se receperũt: viginti quinq; triremibus amissis: partim in altum demersis: partim captis. Veneta classis victrix ptholemaidem petiit: eamq; occupauit Syriæ vrbem. Deinde Alexander pontifex Romanus a' repu. Veneta rogauit: & impetrauit: vt captiui Genuenses restituerentur. Tertio primi huius ligustici belli: seu, vt alii tradunt: quarto anno: post Euboee acquisitioné: respu. Veneta parauit triremes qnq;, & quinquaginta. sed quidam aiunt Dandulũ triginta triremium præfectũ cum triginta noué triremibus Genuésibus accerrimo prœlio pugnasse: atq; quatuor hostis triremes cæpisset. reliquæ enim Genuenses fuga in epidauri portum ciuitatis in Achaia se receperũt. haud multopost Genuenses bello nauali strenui viginti octo parauerunt triremes: quæ Veneta classe viginti septem triremium ante Drepani portu; fusæ: fugatæq; fuerũt. Qua clade Michael Paleologus græcoꝝ Imperator spreta Genuensi societate: rogauit a' repub. Veneta inducias: quas per quinquennium impetrauit. Deinde Aurius Genuensis quinq; & viginti triremium Dux naue Venetorum oneraria preciosissimis mercibus plena potitus est apud Eubœam: indeq; insulam Cretensem peruagatus Cydonem maritimam vrbem: nunc caneam vocatam domuit: spoliauit: atq; magna ex pre

diruit. Quo Venetis renunciato: respu. Veneta conti nuo emisit viginti tres triremes: quæ haud multopost inter Tyrum & ptholomaidem accerrimo prœlio Genuensem oppresserũt classem triremiũ octo & viginti: nauibus Genuensibus quinq; captis. E uestigio aucto/ritate Romani pontificis: & industria. induciæ in bien/nium inter Venetos, & Genuenses confectæ sunt. anno salutis qnto, & septuagesimo, ducentesimoq; supra millesimum: Deinde circũactis temporibus: Genuenses aduersus Venetos bellum renouarũt. Nam due ligustice triremes (liguria est Italiæ ꝓuincia: cuius caput est Ge/nua) nauem Venetam apud Messanã acceperunt mer/cibus plenã magni precii: quo cõmotus Venetus Senatus misit legatum Genuã ad res petendas. Legatus Ve/netus (petitis non obtentis) in regressu senatuscõsultum habens: societatem, & fœdus cum Pisanis renouauit in quinquennium. mox respu. Veneta in quindecim dies fabrefecit viginti quinq; triremes. postea in gente Pisanis clade à Genuensibus illata: & Liburno oppido ac/cepto: Veneta aristocratia sexaginta reparauit triremes, vt Genuẽses à victoriæ cursu auertere. Rogerius mau/recenus classis Dux peram Genuensium oppidũ ma/gna ex parte incendio cõsumpsit: atq; ad folia vetera: quæ Genuensium tunc erant: delata Veneta classis fer/ro, & igne deuastauit. paulopost currente tẽpore: Carolus, & Andreas Dandulus triremiũ nonaginta quinq; duces atroci marte pugnarunt, apud Corcyrã nigram cum lampade Aurio septuaginta triremium præfecto.

anceps oritur pugna: cædesq; teterrima. strepebant oīa collisarū nauium cōflictu. Inclinante fortuna: Veneta classis: atroci prœlio, & cruēte Marte: fusa: oppressaq; fuit. Quoniā duæ, & triginta Venetæ triremes fugæ: non pugnæ interfuerunt. Dandulus præfectus captus ob animi dolorē: anteq̄ Genuam ventum esset: expira/uit. Magnā vim esse in fortuna quis ignorat? Marcus Baseius quinq; & viginti triremiū præfectus apud hel lespontum cum ligure cōgressus fuit superatus: sexde/cim triremibus amissis. per id tēpus belletus Iustinia/nus duxit classem septem & viginti triremiū, & multas græcoꝝ naues in suam redegit potestatē: & ad popula tionem conuersus maritimā imperatoris oram ferro, & igne deuastauit. Paleologus imperator tanta strage cō sternatus pecunia, quæ debebat̄: reddita: pene' supplex pace3 a' Iustiniano impetrauit: a' quo victrix classis cū quindecim captiuorum millibus Venetias est reducta. Anno quidē salutis vigesimo quarto, & trecētesimo su pra millesimū: Iustinianus Iustinianus q̄draginta qua tuor triremiū præfectus apud Thraciū bosphoꝝ supa uit quatuor, & triginta Genuenses naues: q̄ infestabant Venetoꝝ loca, & continuo ad peræ oppugnationē Iu/stinianus classem conuertat. perentibus pacem rogan/tibus Iustinianus hac cōditione concessit: vt damna a' suis illata Veneto nomini persoluerent: ac quicquid in tam numerosa classe ornan da publice esset collatum. Deinde procedente tempore: Genuenses Venetis infe sti naues Cretenses quasdā, & Venetas nonnullas mer/

bus onuſtas intercepit,petitis per legatum rebus,&
on redditis: Nicolaus Piſanus Præfectus quinq; &
riginta triremium inuaſit quatuordecim longas na/
es liguſticas bene inſtructas,ex quibus:quatuor com
buſtis:reliquas cœpit.poſt modum Pancratius Iuſti/
niánus triginta triremium Dux Mothonuз petit:vbi
Nicolaus Piſanus duodecim triremium præfectus ſe
Iuſtiniano coniunxit.Rex Aragonum belli ſocius im
miſit pontium ſuæ claſſis Ducem: vt ſe cum Veneta
claſſe coniungeret,Duces regius:& Venetus ſecretum
habuerunt colloquium de ratione adminiſtrandi bel/
li. paulopoſt cum bizantium verſus ſe mouerent: pa/
ganus Aurius Genuenſis claſſis ſexaginta triremium
præfectus eo nuncio turbatus peram feſtinauit. Cir/
ca thracium Boſphorum cruente Marte:ac ferociſſi/
me dimicatum eſt,fortuna neutro inclinante. horren/
dum prœlium per vmbram noctis ad inſequẽtem lu/
cem protractum eſt. Græci fœdifragi a Veneta ſocie/
tate deficientes a certaminis principio ſeceſſunt.Cadẽ/
te in prœlio pontio Aragoniæ claſſis Duce triginta
triremium: Venetus poſt dimicationem in ſuam ſe
recepit ſtationem. Genuenſis anguſtia loci adiutus
inferior non videbatur: tamen a Veneto ad pu/
gnam prouocatus confligere non eſt auſus. Magna
cædes: & memorabilis pugna naualis extitit. Pancra/
tius Iuſtinianus Claſſis Præfectus:ex vulnere in pu/
gna accepta: paucis diebus mortem obiit. Mox Ni/
colaus Piſanus Venetus in Cretam cum Veneta:

& aragonia classibus concessit. hic concussas triremes per ocium resarsit Genuensis & ipse semifractã classem domũ reduxit. Anno domini quinto, & quinquagesimo: terdeciesq; centeno, Nicolaus Pisanus validæ classis dux se Bernardo Caprano Chatellano regiæ classis præfecto quadraginta triremiũ coniunxit apud Sardiniam. Antonius Grimaldus Genuensis: triũ, & quadraginta triremiũ Dux audax aduersus Chatellanũ procedit. sed cõspectis quoq; Venetis signis: magnopere timere cœpit: nihilominus Grimaldus, potius certare, q̃ fugere constituit. hoste appropinquante: atrocissimo Marte dimicatũ est. Quo prœlio Genuẽsis victus amisit duas & triginta triremes: & cum reliquis semifractis se trepide contulit Genuã. hac maxima clade Geuuenses, & aliis affecti calamitatibus ad alienas opes cõfugerunt. misit enim Genua oratores ad Ioãnem vicecomitem qui Mediolanẽse Dominiũ administrabat. primarius orato℞ Genuensium in summa hanc dixit sententiam: se iussu populi: vrbẽ: iura diuina, & humana: atq; fortunas Genuensium cõmittere Ioanni vicecomiti: vt liguria: auspitiis vicecomitum: hostes vindicare possit. Vicecomes deditioneʒ læto animo accepit: & oratores bono animo esse persuadet: aitq; se studio, & opera curaturum: vt nunq̃ Genuenses præsentis decreti pœniteret. Forma deditionis Genuæ allata Venetias: Venetus Senatus Carolum quartũ Romanorũ Imperatorem: aliosq; Italiæ Principes se vltro offerentes in societate aduersus vicecomitem recepit.

Mastinus

astinus Scaliger trāspadanā regebat Italiam:& Lucā
& Parmam possidebat:cuius potentatus omnibus erat
Italiæ principibus formidolosus.primarius oratorum
Cisalpinæ Galliæ principum,& Florentinoꝝ hanc ex/
posuit sententiā. Illustrissime Princeps:nostri Princi/
pes, & Domini censent Mastinū Scalanum tyrānum
proculdubio fore Italiæ regem:nisi resisteretur eius cu
pidini imperandi. Quā ob causam potentissime Dux
rogamus:vt sis primarius nostræ societatis in suscipiē/
do bello aduersus Scalanū tyrānum.hoc ad Senatum
delato:Iustinianus Iustinianus in cōcione hæc habuit
verba.Gloriosissime Princeps sapientissimeq; Senatu:
nostrū senatorem moribus optimū dissuasisse:hoc bel/
lum esse gerendū audii.Quia errarium non multū opu
lentum est:atq; euentus belli est ambiguus animaduer
to. Magnanimi patritii ob patriæ salutem maiores no/
stros assidue bellasse:& propter etiam Christiane reli/
gionis incolumitatē.Nihilominus errariū nunq̄ tenue
extitit.quoniā patritii libenter tribuebāt.præclarissimi
senatores:si in pace viuere velimus opprimēdus est ty
rannus:qui castellum fortissimū haud longe à finibus
nostris:tumultuario opere:cōtra pacta erigit:validoq;
firmat præsidio.Quocirca non decet vestram potentiā:
prudentiāq; ferre hanc iniuriam,& incōmodum.existi
mo quidam pacem esse non in sola principū voluntate
sed in animi probitate:atq; constantia fiamam esse.Sca
lanus enim est fœdifragus. De euentu belli loquendū

non esse.quis victoria est in manu vestra ꝓpter poten/tissimam principum societatem:hoc prædicere diuinū est.Diuina naq; prouidentia:regna constituuntur hu/mana. Attamen iustum bellum victoriam parit sæpis/sime a' Deo concessam.patres conscripti:causa magni/tudinis Romani imperii:non fuit fortuna:sed morta/lium virtutes.Sapientes ea dicunt esse fortuita:quæ vel nullas habent causas:vel non ex aliquo rationabili or/dine venientes.De sociorum fide non est dubitandum: quum oratorum principes eandem timerēt fortunam: quam Carrariensis:rubeiq; inciderunt, Florentini ma/ximum acceperunt Cladem a' Mastino illatam : qui agrum eorū diripuit:atq; fœdissimis populationibus vastauit.Itaq; socii fideles erunt:potentiam tyrāni par uifacio.maiorem enim potentatum sæpius domuistis. neq; Mastinus:vestris sociorūq; viribus resistere pote/rit.Quapropter victoriam manibus teneo. Vbertinus enim Carrarius a' Patauina nobilitate æque:ac plæbe: ob tyrāni odium:accitus:& sociorū ope frætus Pata/uium proculdubio introibit.Itaq; prudentissime prin ceps hanc tibi gloriam vindicabis. Maiores nostri Ve netum nomen animi magnitudine,bellisq; præclare ge st.s illustrarunt. Sentio igitur ꝑcutere cum his princi/pibus fœdus.Inita in tyrānum societate principum:se natus decreto:consultum fuit de belli imperatore. Cū variæ huius rei essent sententiæ,Iustinianus in cōtione hanc habuit orationē.præstantissime sapientiæ senatus arbitror esse meum officium in repu.libera:libere loq:

q̄q̄ dignus eſt laude: qui ſnīam dixit in erigendo exer/ 18
citus duce. exiſtimo quidē ſereniſſime Princeps, in ſum
mo belli Imperatore ineſſe opportere ſcientiam rei mi/
litaris: virtutem: ac fidem. Quis eſt noſtra ætate copia/
rum Dux Petro Rubeo: peritior rei militaris? Qui ē
ludo: & pueritiæ diſciplina: bellis affuit maximis. Qui
ſæpius in certamine fœlix quidam extitit. Vt quidem
medici: ita Imperatores: quāuis artis præcepta percepe
rint: quicq̄ magna laude dignum ſine vſu: & exercita/
tione conſequi poſſunt. Nulla profecto res eſt in vſu
militari poſita: quæ huius viri ſcientiam fugere poſſit.
Enim vero oratio mea eius virtuti par inueniri non po
teſt. Nam in eo Imperatoriæ ſunt virtutes: labor in ne/
gociis: fortitudo in periculis: induſtria in agendo: cele/
ritas in conficiendo: conſilium in prouidendo. de fide
autem Petri Rubei nemo dubitare poteſt. accerrimus
quippe Maſtino infenſus eſt: & inimicus. Tyrannus
enim Maſtinus: ſimulata amicitia: per inſidias: eius po
tentatū occupauit. Magnifacio igitur: patres cōſcripti:
Petrum Rubeum inſigni virtute præſtantem: que ſen/
tio optimum eſſe exercitus Imperatorem. Audita Iu
ſtiniani concione: Senatus Petrum Rubeum Parmen
ſem decreuit eſſe copiarum Imperatorē. paulopoſt Pe
trus Rubeus à Principe ſuſceptus libenti: lætoq; aīo:
& magno honore: ſigna recepit: ducis exercitus. Statiq;
conſcriptus eſt militū numerus maximus. Quod Ma/
ſtinus intelligens repente ad Venetam ariſtocratiā ora
tores miſit: qui de pace agerent. ſine pacis ſpe domū re

uersi sũt oratores. Recognito Veneto exercitu: Petrus rubrius ad bobulenta vicũ castra admouit: & domitis pluribus oppidis: in Patauium duxit copias ad eam vrbem expugnãdam: magna ĩmissa fluuiali classe a' Veneto senato. Rubeus: primo incursu: portam omnium sanctorum concremauit. Qua tempestate Luchinus vicecomes: & Philippus Gonzaga Venetorum præsidio adiuti ad Veronam castrametati sunt. Sed a' Mastino audace frustrati: repulsiq; fuerunt. Interea Carolus Ioannis Boemiæ Regis filius a' Venetis pecunia accitus in Italiam descẽdit. Mastinus: Verona obsidione soluta: tria æquitum milia. & pedites multoplures in rubeum induxit. Mox affertur Brixiam graui obsidione a' Luchino vicecomite: sociisq; præmi: Lucam vero a' Florẽtinis oppugnari. Quibus nunciis turbatus Mastinus citato agmine: Veronã se contulit: Brixiæ subito opem laturus: Alberto fratre ad vrbis Patauinæ præsidiũ relicto. Germani æquites pecunia corrupti: quibus Albertus præerat ad Venetos transfugerunt: exinde Rubeus ad Patauium ꝓpius castra posuit. Patauini ciues Alberti Scalani fuga admoniti Rubeũ exercitus imperatorem cum Vbertino Carrariensi in vrbẽ receperũt. per id tempus Mastinus Brixiam periclitantẽ properat: nec tam potuit festinare: quin Luchinus Brixia: Bergomoq; potiretur, Veneta Aristocratia Vbertinũ Patauii esse dominum decreuit. Petrus Rubeus in montis silicis oppugnatione vulneratus lætaliter: Patauium delatus: vita decessit. per id tempus Carolus Ioannis

Boemiæ regis filius:cum magna barbarorum manum expugnauit Feltrum,& alia oppida accepit. Qua tem/pestate Marsilius Rubei frater solutus febre ex hoc sæculo abiit. Rolandus superstes eius frater:qui Lucam oppugnabat:cõtinuo a' Venetis accersitus:est electus a' Senatu dux exercitus. Qui statim in castra:quæ ad mõtem silicem erant,venit. hic:parte copiarum ad castrorum præsidium relicta:Rolandus cum robore æquitatus:peditatusq; in Veronensem agrũ populandus eruit:ferroq;,& igne omnia vastat:& paulopost cũ præda reuersus est in castra. & haud multo post Mastinuʒ fudit:fugatq;:& repente arcem montis silicis a' præfecto præsidii pecunia corrupto:in deditionem accepit: q; confestim Vicentiã obsidione grauiter vrget. Quã ob causam territus Mastinus,& cladibus cõsternatus: missis Venetias oratoribus:pacem his conditionibus a Veneta aristocratia impetrauit,vt Feltrum:bellunũ: netaq; Carolo regis Boemiæ filio relinquerentur. & cecomes Bergomum,& Brixiam retineat:Taruisiuʒ m oppidis:& omni eius vrbis prouincia: Venetorum sit. Florentini quatuor Lucensis agri oppida habeant: Vbertinus Carrarius Paduam cum eius ditione possideat. Cautum quoq; est sociis,& regulis:qui Venetos defecissent. Albertus Scalanus,& alii capti omnes vtrinq; restituentur. Mastinus postea Scali/ Veronæ dominus & Vicentiæ,& Parmæ:atq; Lu/ permãsit ipsis Scalanis principibus petentibus se re/ i in numero patritiorum:a' Veneto Senatu concessum

fuit. hoc bellum gestum est circiter anno domini trigesimo octauo supra terdecies centenum.

Franciscus Carrariensis beneficiorum immemor ingressus Venetum finem: munit vallum stagnis proximum Venetiarum anno salutis septuagesimo: terdeciesq; centeno. Quare motus Senatus Carrariū admonet: vt hac iniuria abstineret. per ea tempora resciuerant patres cōscripti: subornatos fuisse quosdam facinorosos homines a tyranno Patauino: qui aliquot ex patritio ordine primarios trucidarent. Capti autem hostes diuersis cruciatibus perēpti sunt. mox Veneta Aristocratia bellum Francisco Carrariensi indixit: atq; magnificum cōtinuo comparauit exercitū: cui præerat Rainerius Vaschus armorum ea tempestate peritissimus ex hetruria accersitus. Belli aūt legati erant Thaddeus Iustinianus & Andrea Zeno. Rainerius: signis impii exercitus acceptis: cū amplioribus copiis: in castra pfectus, Medoaco superato: quicquid patauini agri illi adiacet: vsq; ad fluuium Brentulam: subita populatione fœdauit: nōnullis oppidis hostis captis. Lodouicus Pannoniæ Rex Carrario in auxilium accersitus bellum: violato pacis iure: terrestre, & nauale aduersus Venetos sumit: atq; incitat Austriæ Duces: vt fortunam belli experirentur: Carrario dante illis ducibus Feltrum, & Bellunum. Quare audita: Senatus validam reparauit Classem: maritimam, & fluuialem: atq; maiorem æquitatus numerum: & peditatus conscripsit. Interea magna barba

rorum vis ex Pannonia in subsidium Carrariensis mis sa in Taruisinos erupit fines: aduersus quos Thaddeus Iustinianus legatus processit: & impetum in eos maxi mum fecit: atq; atroci Marte fudit. Sed reparata pu/ gna: barbarus superior fuit: militibus Venetis victoriã sequi nolentibus: sed fugientibus. per id tempus sena/ tus Rainerium copiarum Ducem abdicauit: & impe/ rium exercitus Alberto corregiensi est datum. mox col latis signis: dimicatum est cruentissimo prœlio. Demũ victi hostes sunt. Dux copiarum regis captus cum om nibus fere barbaris illustribus: ac plærisq; Patauinis clarissimis in Venetorum potestatem venit: atq; Car/ rarii Principis signa. Lodouicus Pannoniæ rex: audi/ ta suorum clade: ac transiluani casu intellecto: ad eum scripsit: vt de pace ageret quibuscunq; conditionibus. Quã ob rem consternatus Carrarius his pactis a Ve/ neta Aristocratia impetrauit pacem: vt Princeps Vene tiarum cum suis Senatoribus crearent quinq; viros: qui fines: de quibus ambigebatur: suo arbitrio terminarẽt: vtq; Carrarius in præsentia quadraginta aureorum num mum millia solueret reipu. Venetæ. Inde ad quinde/ cim annos quatuordecim millia quot annis. Quod Franciscus Carrarius: siue filius eius nomine supplex ret ad conspectum Principis: & patrum veniam peti/ turus. Castrum quoq; nouum cum propinquis mu/ nitionibus dirueretur. Turrisq; Corania: cum solo ad septem millia passuum circũiecto: Venetorum esset: atq; daret Franciscus operam: vt Pannoniæ Rex in

gratiam cum Venetis redirent. Marsilius autem præ/ diis vteretur suis:atq; fructus eorum Venetias illi de/ ferrentur:captiui redderentur:auxiliares barbaros cō/ festim Carrarius dimitteret. Quot annis ad Arā diui Marci trecentos nūmos aureos oblatum mittere.præ/ dia vero cum fructibus:belli tempore: Venetis in Pa/ tauino agro ablata restituerentur.tria millia passuum ab ostiis fluuiorum Patauinus non ædificaret, locum nullum cōmuniret:aut præsidium haberet.ad pacem sanciendam Nouellus Francisci filius Venetias missus est:ac in Diui Marci ædem ductus suo:ac patris no/ mine iurauit: quæcunq; pacta essent:se cum patre: & omni Carraria gente habiturum rata,& firma:nec vnq̄ pacis conditiones violaturum esse.

Lodouicus Pannoniæ Rex: Austriæ Duces: Franciscus senex Carrarius Paduæ dominus:& Aquilegensis an/ tistes ad euertendum Venetum imperium conspirant: atq; in societate receperunt Genuenses sua sponte offe/ rentes:vt Venetos terra:& mari multum potentes op/ primerent. Senatus Venetus statim cum duobus lega/ tis præfectum viginti triremium declarat Victorē Pi/ sanum.vno tempore Patauini hinc:inde Carrariorum exercitus in Taruisinum agrum ingressi omnia terro/ re,& populatione complent. Venetus exercitus aduer/ sus hostes procedit.& oppida capta:quædā solo æqua uit. Pisanus triremium præfectus totā peruagatus Si/ ciliam:Genuā versus tenuit cursum:& cum Lodouico

Fischeo decem triremium præfecto fortiter dimicauit. & gladio:& arrapagonibus cominus congressus inter pugnādum quinq; triremes:& Fischeum apprehēdit: quatuor Ianuam effugientibus:vna enim mare absorbuit. Deinceps Victor Pisanus cum duo de viginti lōgis nauibus Catharum Lodouico Vngariæ Regi parentē expugnauit:prædaq; vexauit. præfectus arcis cōsternatus deditionem fecit:exinde Pisanus quinq; & viginti triremium Dux:cum rumor esset Lucianū Aurium Genuensem cum viginti duabus triremibus appropinquare:contra eum se mouit. Genuensis:declinato cursu:aufugit, hostes socii:sexdecim millibus militibus contractis, Mestram oppidum obsidione cingūt: ac statim bellicis operibus oppugnāt. multa sunt proelia circa vallum cōmissa. Franciscus delphinus oppidi præfectus non solum consilio,& strenuitate tutatus est oppidū:sed hostis:operibus amissis:cum ingenti cæde in castra est compulsus:atq; paucis inde diebus:soluta obsidione:abire coactus. Pisanus vnius,& triginta triremium classe fretus in Dalmaciam tetendit:vt Genuensem Iadderam petentem inuaderet. hostis quidem cæleri cursu se tragurium cōtulit:ne pugnaret. post Genuēsis fugam Venetus vi Sibinicum capit. Direptaq; & incensa vrbe:adoritur tragurius. Quā ciuitatem vis magna hostium defendit. exinde soluta obsidione:reinfecta, Pisanus ante Iadderam consedit. Arbenses in Veneti potestatem sponte venerunt. Senatus quinq; triremes:& cōmeatum ad Pisanum mittit:vt traguriū rur/

ſus obſideat:atq; liguſticam claſſem in eius portu ſedẽ tem ſiue armis:ſiue fame debellare poſſit. Ianuẽſes maxima cura, & ſtudio communiuerant vrbem. Piſanus hieme compulſus:infecta re:in Hiſtriam abiit ad ſolitam ſtationem. Ad primum veris ſignum vndecim triremes nouo apparatu Venetiis inſtructas Piſanus accepit. Claſſis ex polenſi portu in altum educta:ſubita tempeſtate:diſiecta eſt:aliis alio auerſis. paulopoſt Piſanus claſſem ad polam reduxit. & cum ex Apulia antea ſoluiſſet:onerarias naues formento plenas Venetias miſit. Genuenſes decem triremes in inſidiis locat poſt promontorium portui propinquum:de quarum aduentu inſcius erat Venetus. Liguſtica claſſis quatuordecim triremium haud mille paſſus a portu repẽte apparuit, qui in illis erant:gladiis vibrantibus Venetum ad pugnam prouocabant. Piſanus nihil minus ineſſe ſuſpicans, q̃ inſidias:iuſſis quinq; triremibus in littore exiſtẽtibus:vt ad pugnam pararentur:ipſe interim cum reliqua claſſe ſexdecim triremiũ in hoſtes inuadit. Vtrinq; fortiter eſt concurſum:pugnatumq; aliquandiu:ancipiti prœlio:prætoria Genuenſium cum Veneti præfecti naue cõgreſſa:cadente Luciano Aurio claſſis duce: profligata eſt. Ligures non tam metu q̃ conſilio retrocedere cœperunt ad locum inſidiarum. tum hoſtes cũ clamore, & ſtrepitu cohorti ingentem metum Veneto incuſſere. At quinq; triremes Venetæ in littore relictæ ab initio pugnæ bene inſtructæ Venetias verſus fugas capeſſunt. Tum palam res Veneta inclinare cœpit. Pi-

ſanus:medio certamine ægre reuulſus trepido curſu,&
ipſe domum contendit. Quindecim triremes cum ipſis 21
turmis in hoſtium poteſtaté venere:pridie nonas Mar
tias hæc clades accepta eſt. Genuenſes victor es:vbi Iad
deram venerunt:captiuis in vincula coniectis:ad repa/
randas naues conuerſi ſunt : quæ non mediocriter illa
pugna fuerunt concuſſæ. Venetas autem triremes in/
de Dalmatico remige inſtruentes : breui tempore ad
octo,& quadraginta nauium claſſem expleuere Genué
ſes. Deinde liguſtica claſſis cum aliis breuioribus na/
uigiis Iaddera ſoluens:Petro Aurio præfecto:pridie
nonas Auguſti Clodianum portum:ſubito tumultu:
tenuit. Quo inſeſſo claſſis ad vrbem admota eſt. Carra
rius Princeps : audito Genuenſium acceſſu:nauigiis:
ideſt Gazariolis per veterem medoaci aluium ſecundo
fluuio ad præſidium vſq;:quod non longe á monte
Albano Veneti habebát:peruenit. qui cum omnibus
copiis:ac cómeatu liguſticæ claſſi ſe adiunxit. Veneto
præſidio per deditionem accepto. poſt longum vero
Clodiæ oppugnationem:& prœlia cruenta:vrbs:dedi
tione facta:in hoſtium poteſtatem venit. Clodia Ge/
nuenſibus cum magno copiarum præſidio cuſtodien
da datur á ſociis belli. Carrarius Princeps cum par/
te copiarum domum abiit. profecta ſunt in patriam
Fori Iulii:auxilia antiſtitis aquilegenſis : oppidis circa
flumina:præſidiiſq; in ſtagnis captis. Deinceps victor
Piſanus patrum conſenſu:in priſtinam dignitatem re
ſtituitur : data illi ea ora præſidio tuenda : quæ inter

vrbem esset: & Patauinos fines. instruuntur ad bellum: triremes: omnibus certatim dare nomina cupientibus. ante cladem ad polam acceptam: Carolus Zenus vndecim triremium præfectus in ora inferi maris ligusticas res: summa crudelitate: vastauit: atq; victo Andronico imperium affectante: id imperium Caloiani patri Imperatori restituit. Cum esset autem Senatus per id tempus: renunciatum est de Clodiæ missione. Tum Petrus Iustinianus sancti Marci Procurator in consultatione habuit hanc orationem. Serenissime Princeps: magnanimiq; Senatores: nemo ignorat: magnã esse vim in fortuna in vtrãq; partem: vel secũdas ad res: vel aduersas. Cum. n. p̄spero eius flato vtimur: adoptatos exitus prouehimur: & cum reflauit: affligimur: fortis animus, & magnus cernitur: qñ non fortunæ succũbit: atq; res agit magnas, & excelsas: quæ ad rẽpu. p̄tinẽt augendã: & saluandam. nihil est enim: præstantissimi senatores: tam angusti animi: tamq; praui: q̃ timere hostes sæpius a vobis victos. Nec vero vlla imperii vis tanta est: quæ præmente metu: possit esse diuturna. Malus est enim custos libertatis metus: pro qua magnanimis viris oĩs debet esse contentio. Quã ob rẽ maiores nostri: mari, & terra, superarũt reges: atq; imperatores. Illustrissime Princeps, & amplissimi patres: vobis non desũt viri bello strenui: facultates rerũ: naues: triremes: arma: tormenta: opes: & potentia. Quibus rebus non dubito: victoriam contra hostes nobis fore: maxime quia non existimo equidem pauorem hostium inuasisse animos

vestros. Enses enim vestri adhuc hostili cruore rubent
ex victoriis quas ex Ianuensibus, & eorũ sociis glorio/
sissime retulistis. Quot cladibus hostes affecistis. danda
est igit̃ opa: vt respu. nr̃a defendat̃: atq; ꝑpter erarii te
nuitaté assiduitate belloꝝ ortam: tributum sit à nobis
cõferendũ libenti animo. Quod apud maiores nostros
sæpe fiebat. nulla quippe pernicies reipu. maior inueni/
ri potest: q̃ auaricia. Zenus quidem est reuocandus tri/
remium præfectus ab oriente. quoniã haud difficile est:
vt hostes circũsessi sint: si fiat maturatio. Fortitudini for
tunã quoq; esse adiumento solere: habemus periculũ.
metũ contẽnere oportere arbitror indignum viris forti
bus: nec idoneũ eoꝝ dignitate: qui rẽpu. administrant.
Nulla est. n. res patriæ vtilior incolumitate, & nobilior.
Quáobrem: ignauia, inertia, & negligẽtia spretis: sumite
arma aduersus hostes: si laudẽ cõsequi ĩmortalez, & æter
nã velitis. Senatus ꝓbauit Iustiniani sententiã. Quáob
causam continuo deliberauit dare triginta quatuor tri
remes viris patritiis illustribus. Decretum quoq; est ve
teres triremes esse reficiẽdas: atq; in eo senatu: eodem tẽ/
pore: declaratur Andreas Contarenus Venetiaꝝ Dux
classis imperator. Interim Genuenses minoribus naui/
giis vtens: & quibusdã triremibus: Laurenti arcẽ: inde
Bebianã turrim in suam potestaté redegerunt: atq; tur/
rim nouam à præsidio relictam incedunt. Qua tẽpe/
state Carrarius caput aggeris in deditionẽ accepit. Clas
sis fluuialis Veneta aduolás ꝑ stagna: oĩ genere missiliũ
inuadit hostes: & bombardis. Quo nouo bellico in/

ſtrumento magnā hoſtium cædem edidit Venetus.triremes enim hoſtium in paruo canali ægre verti:flectiq; poterant.hoſtes ante portum meduaci oppidi nūc methamauci appellati cōſedentᵹſæpe in litore pugnabāt ab æquitatu:peditatuq; Veneto:qualis pugna incōtinenti conſeri cōſueuit. Venetus quidem ſuperior erat. Interea Carolus Ludouici regis filius cum decem barbarorum millibus ad Taruiſium conſedit:qui cum duos menſes nihil proficeret:ſoluta obſidione:in Vngariam abiit.Genuenſes,audito nouæ claſſis hoſtis apparatu: territi:ſoluta methamauci obſidione:Clodiam feſtinarunt:quibus cura erat vrbem fortiter cōmunire,& inſtruere cōmeatu:expectantes quotidie hoſtis aduentū: Andreas Contarenus Princeps:diuina oratione ſolēniter acta:Clodiā verſus a Veneto poru ſoluit:die vigeſimo tertio Decēbris:Anno ſalutis nono & ſeptuageſimo ſupra terdecies centenum.Claſſis erat quatuor, & triginta triremium:aliarūq; nauium: quæ cōmeatū: & cataphratos æquites, & peditatū:ſagittarioſq; vehebant.Contarenus ſub primam aduētus ſolis lucem occupat clodiæ portuꝫ,& impiger duas in portu cetheas naues lapidibus plenas demerſit.Erant tum Clodiæ decem hoſtium millia armatorū.Carolus Zenus duo de viginti triremium præfectus ſuperuenit poſtera die natali, & ad principem:patritioſq; retulit:quā præclara facinora in hoſtes geſſiſſe:& inter alia:oram liguſticam deuaſtaſſe:& ab ipſo ſubmerſa de hoſtibus ſeptuaginta varii generis nauigia fuiſſe:atq; nobiliſſimam ce

theam liguſticam q̃pluribus armatis bene inſtructam: & ditiſſimam apud R hodianum portum die vno, & nocte oppugnatã cepiſſe. Zenus a' Principe laudatur: & ab exercitu vehementer probatur. nihil quidẽ video huic viro ad ſummã gloriam defuiſſe. Nam etiam ex Genuenſi claſſe apud Iuncum hoſtili cruore glorioſiſſimam retulit victoriam: atq; viginti quatuor annorũ Dux Patraſini populi: atrox bellũ cum hoſtibus geſſit, & Patraſinã vrbem ſingulari virtute ſeruauit. Veritus Genuenſis: ne: clauſo clugiæ portu: ad vltimũ malorum omnium famẽ redigeretur: ad leuãdam multitudinem quatuordecim triremes cuꝫ turmis naualibus educit: per brundulũ in altum erupturus. Venetæ naues, Cornari ductu: eo miſſæ ad Blaſii phanum ſe illis obiciunt. Cornarius: ſublato fumo: dat ſignuꝫ ſuis: qui ad tria paſſuum millia ſtationẽ habebant: eo viſo, Contarenus Princeps confeſtim iubet Thaddeũ Iuſtinianum cum quatuor lõgis nauibus opem Cornario ferre. Medio portu acre prœlium eſt cõmiſſum. & Venetus ſuperior fuit: qui illico Laurentum oppugnatione recepit: & fido firmauit prœſidio. ac turrim nouã: quã hoſtes conflagrarunt: reſtituit: cui reliquit validũ præſidium. Petrus Aurius Genuenſis claſſis p̃fectus ruina turris circa portum ſubito tormenti ictu concuſſæ oppreſſus eſt. Inde Venetus victor fugientis hoſtes Clodiam vſq; inſecutus eſt. Clauſis, & obſeſſis Clodiæ Genuenſibus: ex piceno agro: tota flaminia, & ex Ferrariẽſi per Padi fluenta cœptum eſt Venetias nauigari. ho

ſtes ex vrbe erupentes ſæpe magno animo cum Vene/
tis certarunt: a quibus victi fuerunt Genuenſes: fuſo in
genti cruore. Deinde cōmeatu deficiente: cœperunt ho
ſtes poſtulare: vt incolumes cum ſingulis veſtimentis
abire. Quod a Venetis eſt negatum. aduerſus nouos
Patauini hoſtis apparatus: patres deliberarunt quīgē
ta leuiora nauigia per ſtagna obſidere Clodiam. pri/
die nonas Iunii: diei tertia hora: ante Clodium portū
liguſtica claſſis Genua profecta trium & viginti lōga/
rum nauium ſe in conſpectu dedit: clamore ingenti ho
ſtem ad pugnam vocans. Venetus neq; ex ipſa nauium
ſtatione: neq; ex Zenicis caſtris quicq̄ mouens: ſtabat
vtrobiq; ad hoſtium impetum excipiendū paratus. &
in ſtagnis nauium multitudo Venetarū magna omnia
inſederat: ne Patauinus hoſtis interim moueret aliqd.
Claſſis Genuenſis nihil proficiens abiit. obſeſſi hoſtes
in clodia: vrgenti fame: & deſperatis omnibus ſubſidiis,
in Venetoꝝ poteſtatē venerunt: anno ſalutis octuage/
ſimo ſupra terdecies centenum: decimo menſe: ex quo
Clodia ab hoſtibus fuit expugnata. præter triremes: &
res bellicas: & magnā ſalis quātitatem præda eſt parti/
ta æquo iure. omnes captiui: p̄ter milites armis exutos:
Venetias in cuſtodiam ſunt adducti in qbus erant Ge/
nuenſes: Patauini: carni: Dalmatæ: Græci. Triremes li/
guſticæ bene inſtructæ de viginti fuerunt cū oneraiis
plæriſq; Venetias ductæ. Andreas Contarenus Prin/
ceps cum optimatibus ſeptimo Kalendas Iulii vrbem
eſt ingreſſus Venetam cum triūpho more Veneto.

Ioānes

I oānes Galeatius vicecomes Galliæ Cisalpinæ, princeps fœdus a Veneta Aristocratia per legatum rogat ad debellandum Franciscum seniorem Paduæ dominū. Legatione vicecomitis in senatu relata: sententiæ patritiorum ex Veneto more rogabantur. Tum quidam pater magnæ auctoritatis in cōcione hæc habuit verba. Diuturni silentii: patres conscripti: nempe finem hodiernus dies attulit mihi: initiumq; dicendi: quæ vellem: quæq; sentirem. Taciturnitate enim vsus sum his temporibus partim senectute: partim modestia. Serenissime prīceps & sapientissimi patres: vehementer animaduertendu3 est: quod vicecomes postulat: quem quippe vicinū habere non est tutū imperio nostro. formidolosus est. n. potentatus eius. Nam Scalanis prœlio: siue dolo superatis Veronam, Vicentiāq; ademit. Quāobrem eius opes longe: lateq; pollent. De eius quoq; ingenio parū fidei habere possumus: quia ipse Galeatius & gener: & ex fratre nepos: simulato peregrinationis voto: Bernabonem socerem nostrum amicissimū cœpit: qui in treciana arce sub custodia dolore animi periit. Quid dicam de Galeatii Mediolani Ducis magnitudine, & fortitudine animi? Quid de rei militaris peritia eius taceā? Quid de eius cupiditate imperandi loquār? principu3 cupiditates secundis rebus haud facile expleri queunt. Dominādi libidini maior cupiditas accreslit. petit eni3 Galeatius recipere Patauium: vt aliquo tempore sit dominus Venetæ prouinciæ. Patauium quidem est nobi

D

lissima Italiæ vrbs:& est in corde stagnorum vestrorum. Quã ob causam prudentissime Princeps est vehemẽter cogitandum:atq; considerandum:si vobis expediat Carrarium Patauio deturbari. hoc quidẽ bellum etiã est laboriosissimũ propter Paduæ situm:nec est facile vires,& opes Carrariorum euerti. postq̃ finem dicendi fecit:alter patritius senex in cõcione respondet. Potentissime Princeps,& magnanimi patritii:fortunæ ingentẽ opportunitatem ad magnas,& iustas obeundas res nobis contulit:atq; occasionẽ,& idoneum tempus vicendi tyrãnum nostrum hostem:qui tot mala:tot damna:& incõmoda:dugiẽsi bello:nobis intulit:nulla lacessitus iniuria. Genus hominis fœdifragi pestiferũ est:atq; impiu3:quod ex principatu exterminandũ est. Carrarius enim tyrãnus:violato pacis iure:finitimos nostros rapinis, & populationibus continue exagitat, & vexat. Qua re in pace vitam agere cum superbo tyrãno non possumus. suscipienda quidem bella sunt ob eam causam:vt sine iniuria in pace viuatur. Nullum bellum est iustum nisi denunciatũ ante sit:& indictum:quod Carrarius non seruauit. patres vos prudentes scitis. qa prudentia est calliditas:quæ ratione quadam põt delectum habere bonorum,& malorum. vn de cognoscere possitis Patauinum tyrãnum opprimi vtile esse atq; oportere vlcisci malemeritos. Nemo prudens est:senatores sapientissimi:qui suas rationes in tuto nõ collocat. Nam Deus non est auxilio ei:qui tyrãno fauet. In memoria habẽs patres optimi:qua fraude est Carrarius vsus erga Au-

ſtriæ Duces in vrbe Taruiſina eripienda. Noſtri maio- 25
res in primordiis reipu. ab Imperatoribus, Italiæq; re-
gibus vinci non potuerunt. Nos maximum imperium
maritimum obtinentes vicecomitē timebimus vicinū?
nec nobis animus eſt propulſare Venetam Ariſtocra-
tiam aduerſus hoſtes? Ampliſſimi patres: Taruiſii rece-
ptione: maioris auctoritatis eritis, & veſtræ iuſtitiæ fa-
ma: populi à tyrānis oppreſſi ſe vobis cōmittent. Sen-
tentiam eorum: qui mecum ſentiunt: plurimi facite: qui
quippe magnarum: multarūq; vſu præſtant. Sanū eſt
igitur cōſilium non negligere amicitiam Galeatii Me-
diolani Ducis: ſed vehemēter cōprobare. Nā Carrarius
Patauinus viribus, & opibus noſtris, & vicecomitis reſi
ſtere non poterit. Decreto ſenatus: fœdus cū Ioāne Ga
leatio Mediolani Duce: p biēniū initū eſt à cōditione:
vt nunq̄ à fine Paduæ verſus aquas ſalſas vſq; ad mille
paſſus: ſit caſtellū: ſiue aliqua munitio ī agro Patauino
poſt Paduā receptam: q̄ ſit ducis Mediolanēſis. Tarui
ſium autē cum eius agro, & oppidis teneat Veneta ari-
ſtocratia. Galeatius: cui Venetus ſocia arma iūxit: poſt
laborioſiſſimā Patauii obſidionem per menſes ſeptem:
captis interim oppidis vrbi circūiectis: vrbē expugna-
uit, & in ſuam poteſtatē redegit: & Franciſcū ſeniorem
in carcerem trudit Medocianum. filius media trepida-
tione Franciſcus iunior elapſus in Germaniam confu-
git. Venetus vero exercitus Taruiſinam domuit vrbē:
& agrum: & oppida eius eodem tempore recepit: anno
ſalutis octogeſimo octauo: terdecieſq; centeno.

Franciſcus ſecundus Paduæ dominus Scalenſem bello diuturno confractum Veronæ dominatu cum expelleret, Vicentiã ſuis armis ſubigere adortus: illius fines exprimo infeſtabat. Vicentia vrbs Carrario nomini ſemper infeſta cum ſeſe fidei Venetæ cõmitteret: Ariſtocratia Veneta per nuncium admonet Franſciſcum vt ſe à Vicentino bello abſtineret. Quod tanta cum indignitate, & ira intellexit: vt caduceatorẽ ad id miſſum violaret. Contra ius gentium: naſo illi, & auribus præciſſis: atq; ĩmemor beneficiorum recentium in ſe, & in ſuos maiores: bellum per tubicinẽ Venetæ reipu. indixit. Quum in ſenatu hac de re ageretur: quidam patritius magnæ auctoritatis hæc in cõcione loquutus eſt. Illuſtriſſime Princeps, & ſapientiſſime ſenatu: duo hac in conſultatione, conſideranda ſunt: æquitas, & vtilitas. Nam iuſtitia eſt propulſare iniuriam: quæ ĩmediata: & præparata infertur à Principe: qui vobis fauẽtibus: Patauiũ principatum obtinuit. Vindicatio equidẽ eſt pars iuris naturæ. Vindicatio enim eſt: per quam vis: aut iniuria: & omnino omne: quod obfuturũ eſt: defendendo: aut vlciſcendo propulſatur. Grauitas iniuriæ: dignitaſq; imperii veſtri depoſcit hoc bellum indictum à Carrario hoſte nulla iniuria laceſſito ſuſcipere. Quia vrbs Vicẽtina nobilis: ac ditiſſima: deſperato ſubſidio Mediolanenſis Ducatus: cui parebat: ſponte deditionẽ fecit imperio veſtro: vt tyrãnum fugeret. Quãobrem æquitas: iuſq; poſtulat: nos debere tutari eam ciuitatem nomini

Carrario infestam:cui vrbi fidem dedistis defendendā contra hostem. De vtilitate pauca dicam. quoniā emolumentum agri Vicentini per magnum est. De voluntate principis Patauini nihil ignotum est vobis: patres amplissimi: atq; de maligna eius natura. Naȝ Guielmū Scalensem Veronæ dominū suum familiarissimū veneno sustulit post diuturnum bellum: & Antonium, & Brunoq; eius filios proditione captos non multopost necandos curauit: vt aiunt. Quod phalaris sæuissimus tyrānus non egisset. Nulla primities principi maior inueniri potest: q̄ in malitia simulatio beniuolētiæ: quod viciū est Carrario. Non est dubius belli euentus: prudentissime Princeps. quoniā vires Carrarienses contra vestrum imperiū non sunt validæ: victoria in manibus est vestris. quia tyrānus præsidium ab aliquo potētatu spectare non potest. Nemini obscurum est: Franciscuȝ Carrarium Pataui, Veronæq; regiaq; vrbium dominū aspirare ad maiorem potentatū. habeo: patres sapiētes: in auribus meis tubæ sonum nomine audacissimi tyrāni in platea Paduæ cantatū indicentis bellum. hanc iniuriam, & ignominiā: senatores magni nominis: pati nō est decorum imperii nostri. Quaobrem bellū ab hoste Carrario indictum fortiter, & magnanime sumere sentio. Nam necesse est aut vlcisci iniuriam: aut ferre infamiam non defendendi vrbes sponte vobis dedentes. Iā enim Feltrenses Vicentinoq; studium secuti, & Bellunēses, & Bassanici, & Collonenses imperium, & ipsi vltro accepere vestrum. Senatuscō sulto ad triginta peditum:

æquitūq; millia ſtipendio conſcripta ſunt. Copiarū imperium Carolo Malateſtæ ex flaminia accerſito demādat ſenatus. Malateſta aliquas in Patauinū agrum expeditiones minime celebres fecit. At poſtea Malateſta imperio abrogato: Paulum Sabellum nobiliſſima Romanoꝝ familia ortum, & militari arte præſtanté ex ductoribus exercitus legit ſenatus. Sabellus quidem ingenium tyrāni ferox frangere occepit. huius enim ductu quædam loca: breui: ex hoſte capta ſunt. eodem tépore nouæ copiæ: nouaq; caſtra prioribus illis Venetoꝝ nihil inferiora Paduam obſidentibus: ad Veronā expugnandam decreta ſunt. & totius huius rei ſumma Frāciſco Gonzagæ Mantuæ principi eſt. Qui Venetoꝝ præſidio & opibus ſuum ſeruauit potentatū aduerſus Galeatium Mediolani Ducem. per id tépus Albertus Aeſtenſis Ferrariæ dominus auxiliū Catrario præſtat, & bellum Venetis intulit. Qua iniuria cōmotus ſenatus Accium Aeſtenſem: quē in Alberti gratiam relegatum ſciebat: ex Creta inſula Venetias accerſiuit. eum cum ingenti hominū manu appulſum repente in Ferrarienſem mouere imperant patres. Claſſis quoq; Veneta triremiū per Padi fluenta acta: magnum hoſti terrorem iniecit. Quū aqua: terraq; premeretur Ferraria Albertus a Venetis pacem impetrauit his conditionibus: vt ſal ad Comaclum non fieret amplius: pollicetē etiam: interpoſito iuramento: ſe in Venetæ ariſtocratiæ amicitiam perpetuo manſurū: atq; Venetum Ferrariæ magiſtratū iuſdicendi Venetis: acciperet. Sabellus per

ea tempora oppidis ex hoste quibusdam in Patauino agro captis: ad Bassanellum consedens hostem impetum facientes fugat. Deinceps Paulus Sabellus ex hac vita migrauit. Deinde Galeatius Grumellus bello strenuus: iussu senatus: illi in copiarum imperium successit. mox Veroneses longa: grauiq; obsidione pressi in Venetorum potestatē venere. paucis postea diebus castella, & oppida eius agri: Venetum imperiū recepit. Deinceps Galleatius: Patauino agro præda: incendio: & populationibus vastato: plærisq; etiam oppidis captis: castra mouet ad locū extra portam: quæ crucis dicit̃ tellurem nigram vocatā: premitq; vrbem obsidione: certaminibusq; pene assiduis. Vnde nono Kalendas Decēbris Padua est per deditionē recepta. tanta quidē celeritate: fœlicitateq; cōfectum est intra biēnium aduersus Franciscum Carrarium bellum: vt paucis mēsibus Veneti exercitus hostium copias: pluribus prœliis attriuerint: castellaq; expugnarint: & cōcluserint hostem intra mœnia. paulopost gloriosissima victoria parta: Verona primū: dehinc Padua vrbes quondam regiæ nō solum inter primas Italiæ: verū etiam totius Europæ ciuitates: nobilissimæ in Veneti imperii potestatem venerunt: Michaele Steno reipu. principe. Tyrānus Carrariensis cum quibusdam filiis captiuus fuit. Alii ante vrbem deditum fuga incolumes euaserunt. historici litteris mandarunt: datum esse Patauinis ius ipsum latii: vt in designandis Romæ magistratibus: ferrendi suffragii ius haberent.

Philippus Maria: recepto imperio paterno: bellum Florentinis intulit. Qui fusi: superatiq; saepe a Philippo nō ad tuendam modo dignitatē: sed ad nomen reipu. retinendum Mediolani Duci resistere nō poterant. Quā ob causam Florentini ad extremā copiarū: pecuniarūq; inopiam reducti: subsidium per cōtinuas legationes a Veneta Aristocratia implorabāt: atq; precibus assidue flagitabant dicentes: Florētinos fractos opibus ad Philippū esse defecturos: nisi Veneta aristocratia opē ferret. Auditis in senatu Philippi legatis dicētibus p̄rnam amicitia merga Venetos velle suū principē obseruare: & promittētibus eum semper fore amicum eius reipu. Florentinorū vero oratoribus auxilium aduersus Philippum rogantibus: decretum est tutari Florentiā: quā alias seruauit incolumē Venetus senatus. Iccirco deliberatum fuit per legatos monere Philippum Mariā: vt a Florentino bello se abstineret: nisi velit Venetum imperium sibi fore aduersariū. Qua re intellecta, Laurentius Rudulphus orator Florentinorū ad Principis pedes prouolutus alta voce: ait iurādo: Serenissime princeps nullum vnq̄ futurum diem quo Florentinus populus huius beneficii immemor esset. Philippus Maria cum verba Venetis daret de pace conficienda: & quotidie Florentiam infestaret: Venetus senatus ei bellū indixit ingenii ferocis: & semper rem bellicam cogitanti. Mox a senatu aequitatus: peditatusq; mirū in modum cōscripti sunt ad stipendium. & omnes res bellicae cito

parate fuerunt. Veneta Aristocratia Franciscum Carmaniolam ob ægregia facinora prestantissimũ militari arte magnifico præfecit exercitui. Carmaniola ingentis spiritus vir: ac desidiæ impatiẽs tentauit primo Brixiæ arcem proditione occupare: subornatis: qui præfectuз eius noctu obtrũcarent. Fefellit ipsum opinio: excogitauit deinde principes alterius factionis Brixienses nomen Philippi habentes inuisum multis aggredi pollicitationibus: & in primis Petrum, & Achilem aduocaros: qui silentio noctis: refracto muro: milites intra mœnia vrbis susciperent. Capta ciuitatis pte: pauci aduersæ factionis: nocturno tumultu: excitati in munitioreз vrbis partem præsidio validã trepide se recipiunt. Philippus Maria: audita Brixiæ defectione: statim Franciscum Sfortiam quadringentoꝝ æquitum ductorẽ imisit: vt arcem tutaret̃: & se hosti infestũ exhiberet: donec ex Etruria omnes copias in Galliam Cisalpinã reuocasset. Carmaniola impiger fossam cum vallo obiecit munitionibus hosti. sub id tẽpus tumultuariæ eruptiones inde factæ a Sfortia haud trepidationẽ attulerunt. sed nõnunq̃ pugnatum est: dubio Marte. In Venetis castris erant quatuordecim æquitum millia: peditum vero deceз. Philippus interea vrbes in flaminia captas Martino qnto Romano pontifici tradidit: vt eius gratiam cõseruaret. Mox philippenses copiæ ex Etruria: & flaminia reuocatæ: ductum Angeli pergulani: haud longe ab arce Brixiensi cõsederunt. Carmaniola Ciuitatulæ, & arcis oppugnationi intẽtus copias intra mœ

nia continet:atq; aucto exercitu:vallum arci circunde/
dit:vt omnis facultas accipiendi cõmeatus adempta sit
hostibus.pergulanus:vt ab instituto ope Venetus auer
tereretur:in Mantuanos fines populandus erupit. Nihi
lominus nec Carmaniola:nec Mantuanus prĩceps ab
incepto se mouerunt. Memorant nonnulli historici in
philippensi exercitu militabant decem æquitu3 millia:
& peditum octo:præter præsidium arcis,& Ciuitatulæ
q̃d erant mille,& quadringenti pedites lectissimi. Car/
maniola assiduis certaminibus fatigabat hostes,& post
longam obsidionem domuit Ciuitatulam inopia cõ/
meatus.exindeq; A rce potitus est septimo mense post
Brixiæ receptionẽ. Deinde Philippus Mediolani dux
tumultuose agrum Brixiensem adortus est. Estate iam
appetente Carmaniola cui summa belli erat:ductores:
centurionesq; Veneti exercitus vndiq; conuocat:char/
ris:iumentis:fossoribus,& tyronibus omni ex parte ac
citis ad stipendium. Venetus senatus ĩmisit Franciscu3
Bembũ æquestris ordinis Ducẽ validissime classis flu/
uialis contra philippensem classem apud Cremonam
instructam. Bembus maritimis in prœliis ꝓbatus octo
philippenses naues inter pugnandũ apprehendit:quæ
dicunt galeones:quæ nauigia græci dromones vocant.
Victoria cruentissima potitus Bembus insequitur ho
stilem classem petentem Cremonã,& populando Pa/
piam vsq; penetrauit. Circa Idus Maias Carmaniola
cum quatuordecim millibus æquitum,& sex peditum
Brixia ꝓfectus ad Montem Clarum primo metatus

est: vbi tam diu subsedit: quoad reliquæ copiæ venirēt: & machinæ: aliaq; bellica opera curribus imposita ad se cōportarentur. Deinde motis castris: & octo legum versus ire pergit Carmaniola: præsidio philippēse munitum. ex quo mille æquites eruptionē fecerunt in Veneta castra. Atrox conseritur prœliū, philippenses sub stinere hostium impetum in potentes ad tubarum cantum se in oppidum receperunt. Deinceps Cremonam debellare instituit Carmaniola: fore ratus: vrbe tam illustri capta: oppida sine vllo certamine esse ventura in suam potestatē. per id tempus: erant in Venetis castris ad duo de viginti æquitum millia: & mercenariorum peditum decem: euocatorumq; circiter sena millia: præter calones: lixas, & aliam imbellem turmam. Taceo delectus auxiliares omnium vrbium sociarum. Eratq; non procul hinc Bembeia classis: quæ supra decem virorum millia habebat. Eius autem classis erant turritæ naues quatuor, & quadraginta præter innumeras minores naues. Veneta castra ad septem millia à vrbe Cremona posita erant præsidio ingenti munitissima inter Cremonam: & Padi ripam. haud paruus Philippi exercitus ad tria millia passuum à Veneto consedit. mox pugnatum est à meridie ad vesperam: tantoq; ardore certandi: & strepitu concursum: vt momento temporis puluis in speciem atræ nubis excitatus pugnātibus rerum omnium conspectum eripuerit. Nullus enim in tanta cœcitate erat oculorum vsus, victoria neutro militante: signoq; receptui dato: vtrinq; discessum est.

Venetus deinde ad Casale maius recipiendū castra mouit. Eo Bembus classem continuo abdixit. Casalini ciues territi aduentu hostis deditionem fecerunt. Inde in Mediolanensi agro populando magnā fecit prædam Venetus & ad maclodiam: siue mathalodiū castra posuit: Cremonēsis agri oppidū: quod vulgo macalum vocant. Tum Carolus Malatesta: penes quem summa rei bellicæ erat: imperat Piccininū subsidio esse: ipse aūt primus cum leui armatura in hostem vadere vult. post se Taurellum primā tenere aciem iubet: proxime Sfortiam, & pergulensem: atq; inde alios ordine succedere imperat. Carmaniola hostis voluntatē præsciens ad cōcionem milites conuocat, & inquit. Videtis cōmilitones: superbiam, & insolentiā hostium: qui nos vt imbecilles, & timidos ad pugnam incitant: superiorū immemores temporū. Quibus nostram cognouerunt virtutem. Cōmilitones pclarissimi fortitudinis temere in acie cōuersari, & manu cū hoste confligere imprudentis est impatoris: nisi tēpus: necessitasq; postulat. Itaq; decertādū cū manu est: cū simus ad pliū puocati, & mors seruituti: turpitudiniq; anteponenda sit. qa autem animū: fiduciamq; vicendi præstitit mihi ægregia virtus est: in manu victoriam teneo. quoniā rursus veterani milites ostendetis vestram fortitudinē: vt victores simus: nulla vnq̄ mihi fortunæ facies tam sæuā sese: ptimescēdamq; dedit: vt cū vultus vestros videa: non omnis abscedat periculi metus. Philippus Mediolani Dux in principatum paternum a me restitutus testis est virtuti meæ:

& fortunæ meæ. Quã imperitus artis militaris Mala/
testa experiri vult: nosq; ad prœlium ꝓuocat. In quo
si virilis vobis,& non muliebris erit animus: nõ dubito
nos fore victores. Nam æquitatu, & peditatu superio/
res sumus,& locus certaminis etiam victoriã nobis pro
mittit. fortuna victoriæ non solum in virtute imperato
ris pendet: sed etiam in gladiis, & lacertis militum est:
qui propter gloriæ cupiditatẽ pugnant: pro qua mors
seruituti: turpitudiniq; anteponenda est. Veneta Ari/
stocratia nunq̃ ingrata militiæ fuit: sed valde benigna in
referenda gratia. quoniã potentissima est,& liberalis: ac
magnifica. Quæ quippe vno,& eodem tẽpore cum tri
bus: quatuorue exercitibus debellauit hostes. Cõmili/
tones vestra virtus semper fuit asperis in rebus maior,
q̃ in secundis. Igitur si virtus vestra: solitaq; fortuna
mea non deserit nos: cras Malatestam castris exutũ vo
bis dabo: spoliaq; magna habebitis: quia mea est sentẽ/
tia veterani milites cordis viri postero die dimicare: si in
eandem vos videro vnanimes cõsentire. acclamauerũt
statim omnes se paratos forti animo ad prœlium ire: &
operam veteranorum militum nomine dignam polli/
citi fuerunt. Carmaniola eos pleno ore laudauit: ius/
sitq; vt corpora & æquos curarent ad pugnã: insequẽ
te luce. Interim præstantissimus Venetus imperator ar
te militari tramites paludis alios alta fossa muniuit: a/
lios tenui obire: & insidias statuit: atq; ingentem pedi/
tum vim vtrinq; palustres vias incedere percepit. De/
inceps Carmaniola vbi hostem adesse sensit: qui per tu

bicines edicit ductores ĩ hostẽ acies ducere:signo dato:
suũ sequẽtes ordinẽ milites aduersus hostes ꝓcedere:cõ
festimq; structa acie iubet tollẽtinantẽ cũ duobus milli-
bus æquitũ palude:qua Terentianũ spectat circũuectũ:
hostẽ pugnæ intentũ a tergo inuadere.ipse cũ reliqs Ve
netus copiis magni aĩ hosti ferociter occurrit.prĩo con
cursu Carolus Malatesta Philippi imꝑator cũ leui ar-
matura & magna peditũ ꝑte temere ꝑmissa:circũuẽtus
eẽt:victus erat:nisi taurellus,& Sfortia,& alii ductores:
cũ copiaꝝ robore:illatis signis:stati subsidio affuissent.
Cõflictus iteꝝ orit accerrimus,ĩmissis a Veneto ꝑ palu
dem peditibus:q ex trãsuerso latera hostiuз adorirent:
æquorũq; corpa hastis:sagittis:mucronibusq; peterent
ita demũ Carmaniola hostẽ ꝓfligauit:vt vix vlli tantæ
cladi nũcii supfuerint.Nã est captus Carolus copiarũ
philippẽsiũ imꝑator:ac cũ eo æquitũ:peditũq; pari fere
numero circiter octo millia.Impedimenta quoq; oĩa in
victoris ꝑtãtẽ,veneti venere.vñ multũ auri:argẽti:vestiũ
q;:& militaris spolii copiã habuit Venetus.hæc clades
philippũ Belli amicũ inuitũ cõpulit ad pacẽ.Bergomũ
vrbẽ nobilẽ,& antiqssimã dedit Venetis cũ ea ꝑte agri:
quæ ad Abduã spectat:Brixia cũ suis finibus remanẽte
etiã Venetæ aristocratiæ.

Post pacem Philippo vicecomiti redditã:Cremonensis
agri:qui Venetæ Aristocratiæ iam antea fuit adiudica
tus:futuri belli fomiteз præbuit causæ:atq; Philippus
bellicosissimus nõ destitit deturbare armis Monferra-
tensem Venetoꝝ sociũ.Quã ob cãm bellũ inter Vene-

tos,& Philippũ renouatũ eſt. itaq; reſpu. Veneta: reſcri pto exercitu: validiſſimã claſſem repauit fluuialeꝫ: atq; iuſſit carmaniolæ copiaꝝ duci ſe ĩ hoſtẽ vicecomitẽ mo uere: q quoſdã ductores cũ florente æqtatu: & peditatu Carmaniolæ oppoſuit,& Lodouicũ colũnã cũ lectiſſi/ma cohorte ꝑfecit Cremonæ: apud quã vrbẽ ſũma bel li videbat̃ futura. ad ꝑſidiũ aũt Alexãdriæ cõtra Mon ferratẽſem liqt Chriſtophoꝝ lauellanũ,& claſſem flu/uialẽ mãdauit Ioãni grimaldo naualis belli claꝝ. inte/rim, Carmaniola ꝑfecto arcis Soncinæ affuit ad diẽ: vti cõuenerat. ſed inſidiis ꝑfecti deceptus,& ſpe fruſtratus: ſolutis repẽte ordib⁹, q̃ maxĩa potuit celeritate ex cõſpe ctu hoſtiũ ſe ꝓripuit. Nec multo poſt Carmaniola ca/ſtra ad Cremonã poſuit. ſed cũ Venetoꝝ æqtes ꝑdam late agerent. Lodouicus colũna ad vrbis ꝑſidiũ miſſus eos palantes circa Padi ripã adortus fudit, fugauitq;,& trecentos ademit æqtes. per id tꝑs Venetus ſenatus ꝑter terreſtres copias valiſſimã claſſem Cremonã admoueri iubet: quæ ꝑter remiges decẽ bellatoꝝ millia habuiſſe dr̃. cuius imperiũ erat penes Nicolaũ triuiſanũ. Carma niola Veneti exercitus impator circa vrbem bina caſtra paꝝ inter ſe diſtãtia fuerat metatus. In qbus duodecim æquitũ millia: ac peditũ ſtipendia facientiũ totidẽ fuiſſe dñr. Philippus Maria Mediolanenſium Dux interea Piccininũ ex Hetruria cum oĩbus copiis euocauerat. Ioãnes Grimaldus Genuenſis maritimarũ rerum peri/tia apud ſuos ea tẽpeſtate clariſſimus: aſſentiente viceco mite: gubernatores aliquot: lectiſſimoſq; liguſtici noĩs

sagittarios in naues imposuit:& repete a Cremona sol/ uit classem:& secundo fluuio in hostem delatus signũ pugnæ fieri iubet. Nicolaus Triuisanus certamen non recusans naues remis impelli edicit:vt cominus cũ ho/ ste confligeretur.prœlium vtrinq; magno animo orit᷑. Triuisanus omnia armis micare videns,& Padi ripam æquites philippenses custodientes ꝓspiciens:continuo trepidissimis nũciis:aliis super alios missis:Carmanio/ læ significari iubet Piccininũ,& Sfortiam cum suis co/ piis secum manus cõseruisse. Quare subsidium a' Car maniola rogat.Anceps interim prœliũ erat.& iam in/ clinãte die:quatuor Veneti galeones harpagonibus ab hoste cõprehensi pugnam cominus conserebant. Car maniola natura iracundus inquit,Triuisanũ nunq̃ vi/ disse hominẽ armatum:& non subuenit.Quatuor il lis sub noctem galleonibus amissis:reliquæ Venetorũ naues:que cum hoste fuerunt cõgressæ se in pristinam stationem recepere.Desiderati eo prœlio sunt ex vtraq; classe ad duo hominũ millia. Veꝝ Triuisanus:fortuna certaminis inclinante secundæ pugnæ:summã publicæ paruam tanq̃ seruaturus:quæ penes se erat:ex præto/ ria naui in paruum transcedit nauigium.Quo abeũte, reliqua classis metu perculsa fugam & ipsa circũspecta/ re cœpit.Quãobrem ex tam ingenti nauium numero haud multæ euasere:& ad inferiora Padi cursum tenue runt.Venetus senatus simulans eam paruifacere plagã haud mediocrem:scripsit ad Carmaniolã se aliã maio/ rem classem parare velle:ne oriat᷑ detrimentũ ob ducis

Carmaniolæ

Carmaniolæ iracundiam. Deinde senatus decreuit Genuam vendicare in libertatē. Quocirca Petrus Lauretanus duo de viginti triremium præfectus cursum tenuit Genuam versus Genuenses extorres ad se venientes suscipiens honorifice. Franciscus Spinola alterius factionis insignis splēdore familiæ vigintiquatuor triremiū dux: velis in summū mali sublatis: in Venetū magno animo inuadit. Lauretanus classem in altum ducit: vt ventū a puppe haberet, & statim proram in ligusticam classem verti iubet. Manu vtrinq; auide conserta: cruentū init prœlium. vis telorū ingens dextra: leuaq;, & a fronte cadens multos ex vtraq; classe cōficiebat. Demum magnis animis vtraq; classe certāte, Genuensis a Veneto fugatus, & superatus fuit: Spinola cum octo nauiū gubernatoribus, & tribus cōsiliariis eo prœlio captis: qui oēs Venetias a Lauretano missi sunt. Deinceps Lauretanus, Eugenii quarti pontificis rogatu: vrbēveterē debellauit: exindeq; extremā Italiæ orā circūuectus corcyrā applicuit. In gallia cisalpīa post padanā pugnā erāt tū Veneta castra ad summū locū pado ꝓpinquū. exercitus philippēsis quadrato agmine cremonā æquitauit. mox collatis signis: accerrime decertatū est. Demum fortuna adhuc neutro inclināte: datū vtrinq; est signū receptui. Deinde Carmaniola cape furto Cremonā periculū fecit. & res ipsa eū nō fefellit. Nā multi ꝑ scalas prius mœnibus admotas: muros scādunt, & ascēdunti & vigilibus occisis: appetēte solis ortu: portā vrbis occupāt ꝓximā. capta erat Cremona: si Carmaniola: q substiterat ad ter

tium lapidē cum legione vna:copias subsidio misisset. Quo cessante: Veneti, qui in vrbe erant: paucis amissis: se ad suos recepere. Deinceps Carmaniola in hyberna diuertit. sequente æstate: Piccininus Marchionis Mōtisferrati principatū bello domuit, & oppida Veneto℞ in Cremonēsi agro recepit: Carmaniola ꝓpinquis in locis castra tenente. Quāobrem in suspitionē perfidiæ venit in mentem Veneto℞: de qua in senatu vsq; ad lucem cōsultatio ꝓtracta fuit. Erat tum Venetiis Carmaniola qui senatus prudētia tenentis consultū: per menses fere octo: retentus, & de perfidia cōuictus securi ꝑcussus est inter geminas columnas pallatii. eius bona in publicū sunt redacta. Accusationis capta fuere: subsidiū Triuisano classis duci in Pado denegatū: & Cremona: perfida cunctatiōe: Philippo seruata: inter alia crimina. Supplicio de Carmaniola sumpto: Marchio Mātuanus: senatus decreto: copia℞ imperium ministrauit. Deinde post varium fortunæ exitum: sub vernum tēpus his cōditionibus pax secuta est: vt Philippus mediolani dux Brixiani, Bergomēsisq; agri locis: q̄ recepat: decederet: & Mōtisferrati Marchioni principatū restitueret: atq; sociis Veneto℞ antiquā redderet securitatē: & oppida Florentinis adepta restitueret: captiuis vtrinq; redditis.

Philippus Maria Mediolani Dux: haud modico tēporis interuallo Marsilium Carrariū Francisci filium ex Pānonia accersitum ad turbandū Venetū imperium in Gallia Cisalpina inquietus tenebat occultū. Deinde

corruptis pecunia quibusdã Patauinis,& facinorosis subornatis Philippus persuasit:vt Marsilium in vrbẽ acciperent:quæ nullo tenebatur præsidio:promittẽs se oĩa eis subministrare:quæ ad ciuium,& vrbis salutẽ atti nerent.Marsilius paulopost Carrarius veste simulans esse negociatorẽ ex Germania ꝓfectum paucis comitã/tibus:apud Patauinos fines noscitur,& statim cum so/ciis itineris captus Venetias perducit̃. In quẽ, & alios coniurationis conscios capitali supplicio aĩaduersum est.sub id tẽpus Venetus senatus Mantuano Principi exercitum demãdauit:iussitq; ei vt abdua flumine:pon te:superato: Mediolanẽsem deuastaret agrum. Milita/bant tunc Veneto nomini Mellita tybertus:Bartholo meus collio:aliiq; illustrissimi ductores æqtatus. Re/bus longe aliter:q̃ Venetus senatus existimabat:caden tibus:cognitisq; Mantuani principis insidiis:patres ob præclara mellitæ facinora:ei omniũ copiaꝝ imperium decernunt.Qui quippe Brixiam à philippẽsi exercitu obsessã seruauit.Piccininus:fugato Mantuano,& nõ nullis oppidis receptis:Bergomũ oppugnare conatus est:sed territus aduentu Sfortiæ ad Regium à Venetis accersiti:Philippi iussu:Parmã:citato agmine:conten/dit.per id tẽpus:Franciscus Gonzaga Venetis inuisus Mantuã regressus est:& Brixia mellitæ virtute copiaꝝ ducis salua erat:nihilominus ab hoste obsessa.Quãob rem Vrsatus Iustinianus æquestris ordinis:& senator magnæ auctoritatis hæc habuit in senatu verba: Sere/nissime princeps,& illustrissime Senatu maximã viroꝝ

copiam eximiæ fortitudinis in exercitu habetis: vt hæc vobis deliberatio difficilis sit: quē ex ductoribus potissimum huic bello præficiendū esse eligatis. Nunc vero cum sit vnus Franciscus Sfortia: qui eoꝝ viroꝝ militantium: qui in humanis sunt: gloriaꝫ superat: quæ res est: quæ cuiusq; animū hac in causa dubium facere possit? ne summa belli ei sit? Ego enim existimo in summo imperatore quatuor has res inesse oportere: scientiā rei militaris: virtutem: auctoritatē: secūdam fortunam. Quis igitur hoc pſtantissimo duce peritior est militari arte: qui ab adolescentia socius, & miles in castris patris fuit. exindeq; sæpius cum hoste cōflixit: atq; plura gessit bella: q̄ cæteri legunt: non alienis pceptis: sed suis imperiis. Enimuero patres cōscripti: non illæ solæ virtutes sunt imperatoriæ: quæ vulgo existimant: labor in negociis, fortitudo in periculis: industria in agendo: celeritas in conficiendo: consilium in ꝓuidendo: quæ tanta sunt in Sfortia: quanta in reliquis ducibus: quos videmus: aut audiuimus: non fuerunt: sed bellandi virtus etiā quærēda est: atq; comites virtutes disciplinæ militaris: fides: humanitas: affabilitasq; sermonis: quæ oīa præcipue in Sfortia sunt. De cuius auctoritate oībus perspicuū est eam esse magnam: qui quippe ab oībus Italiæ principibus desideratꝰ. quia multū pollet in armis. Quare nomē eius in omni terraꝝ orbe præclarū est ob ægregia eius gesta: inter cætera in Neapolitano regno, & Picœno agro. Quibus in rebus fortuna ei secūda fuit. Cū ergo senatores sapientissimi hoc bellum ita necessariuꝫ sit: vt

negligi non possit:& ita magnum:vt accuratissime sit administrãdum ab eo:in quo sit eximia,& inclyta belli scientia:singularis virtus:clarissima auctoritas:ęgregia fortuna:sentio Franciscum Sfortiã eligendum esse no/strarum copiarũ Ducem. Laudata Iustiniani sentẽtia: decretum est exercitus imperiũ mandare Frãcisco Sfor/tiæ cum maximo stipendio.atq; cõsultum est mitti pa/tritios:qui tota Italia militem cõquirerent mercenariũ cum non parua pecunia.Stephanus Contarenus in Pe tri Lauretani mortui locũ suffectus est.triremes p mon tium asperitatẽ (incredibile dictu est) in lacum Veronẽ/sem actæ fuerunt.paulopost castellũ ad exitum flumi/nis Venetus imposuit:p̃sidioq; firmauit:veritus hostiũ incursus:qui statione cum galeonibus,& Ganzariolis ad Riuoltellã tenebant.Interim Piccininus copiarum Philippi Dux nihil cunctandũ ratus:vt Venetiarum opes Sfortiæ aduentu fortes nõ sint:de athesi superãdo cum Mantuano principe agitare cœpit.& deinceps fu gatis hostibus ripam defendentibus:suas in Athesim naues traduxit:atq; leniacum adortus in suam redegit potestatem.paulopost Piccininus,& Gonzaga incur/sum fecerunt in Vicentinũ agrum,& Patauinum:atq; suauii receptione,& alioꝝ oppidoꝝ elati ad Veronam castra posuerunt.per ea tẽpora Sfortia mellitæ se con/iunxit:& in coloniensi agro potentissimũ recognouit exercitum:cuius terrore Piccininus,& Gonzaga:solu/ta Veronæ obsidione:Suauium Veronensis agri oppi/dum abiere.Sfortia Leniacum recepit:& cõfestim qua

drato agmine in hostes magno animo vadit:& aciem apud Suauium explicat:facitq; Piccinino potestatem pugnandi. Quo recusante: Sfortia ad Vicentinorum oppida accipienda se conuertit: quorum non pauca: impunitate proposita: momento tẽporis recepit: & impiger aduersum hostes regressus pugnã cum Piccinino cõseruit; æquo marte. Piccininus tamẽ sub solis occasum se Suauium recepit. Illico Sfortia: superatis montiũ iugis: qui Veronam vsq; ptendunt: ad tertium lapidem ab ea vrbe castra tenuit. Piccininus per id temporis in Mantuanis finibus sedit. Sfortia Suauium obsidione cingit, & non longo tẽporis interuallo interiecto: omnia ferè circa athesim loca domuit Sfortia: qui castra mouit statim Benacum versus propter Venetæ classis plagã Petro Zeno præfecto illatã post victoriã partam circa lacum: cuius oppida quædam Venetus valido firmauit præsidio: ne ab hostibus subito incursu opprimerẽtur. Senatus: intellecta clade: repente: non remisso animo: maiorem parauit classem: cuius imperiũ Stephano Cõtareno est demandatũ. Soluta nauium materia a plaustris Benacum vsq; fert: atq; opifices Veneti naualis rei periti ad opus e uestigio conficiundũ mittunt: missis castrorum supplemẽtis, & magna pecuniæ summa. Dũ classis instruit: statuit Sfortia cõmeatum Brixiensibus per montes importare. Contracta igitur frumẽti vi ad turbulas, & penetram ingenti: cum tribus æquitum millibus, & peditibus circiter mille ex omni numero lectis: penetra profectus ad thenium quingentos ab oppido

passus consedit. Curauerat ad hæc machinas aliquot comparandas in oppidorum oppugnatione. Piccininus peditibus octingentis, & trecentis æquitibus cum seuerinate ad thenii saltum insidendũ relictis: qui occupata loca prœsidio tenerent: citato agmine retro se mouit: & insinuarat se interim ad caput Lacus: qui in ea valle est: Mantuanus, & Ioãnes comes cum toto æquitato: taciti in hostium aduẽtum se ibi tenuere. Vbi vero Piccininus, & alii venere: Venetis in illos cohortis: subitum est prœlium cõmissum: quo accensi martianorum animi: certamine semel iniecto: non solum per diem hostẽ destinuere: sed sub noctem etiã & quia lux paulopost erat defutura: proximis domibus incensis: ad id lumen pugnam tam diu distraxere: vt fessus Piccininus sensim prœlio excedere cœperit: in quem pedem referentẽ tantus a' Veneto milite iam spei pleno factus est impetus: vt continuo in fugam versus: toto æquitatu ad peditũ robore amisso: ꝓcipiti cursu ad ponalis iuga: quæ Benaci vndis eminent: delatus a' Teutonico suo stipatore per abrupta montiũ ægre sit seruatus. vbi vero ad subiectas lacus vndas est ventum: tenui cymba ex ꝓximo accersita: ripam annauigauit. Seuerinas æquitibus viginti comitatus madernũ per asperos montes se trepide recepit. Piccininus haud quidem ea clade territus: seuerinate ad se accersito: ad thenii saltus occupandos confestim ire pergit. Sfortia ad radices montis thenii alto colle siti sedens videbat sine ingenti certamine difficultates locorum superari non posset, quia hostes a' dextra:

leuaq; erant. Nihilominus ad pedites conuersus verti/
cem ab hostibus insessum ostendens hoc blando ser/
mone hortatur. Cōmilitones fortitudinē vestram cum
iuramento promissam: quæ pro quærenda gloria: nul/
lum vitæ discrimē timet: ostendite hoc in bello: atq; mi
litarem virtutē. de belli enim gloria decertatur. Splen/
dor quippe bellicæ gloriæ omnis est: vt miles, qui inui/
ctum se certamine præstiterit: haud vincatur. Quare
strenuam date operam: qui animū gentis virilem: vt su/
peremus hostes. Non ignoratis cōmilitones me semp
fuisse prōptum in collocandis vobis beneficiis. Enim
uero plurimū tribuam: qui meam diligunt gloriā. De/
inceps inuadit hostem Sfortia & inquit. Fortes milites
territum hostem vincite. Maioris hostis roboris inter/
uentu renouatū atrocius prœlium est. Impressione aūt
a' Sfortianis magno animo facta: hostes loco summoti
in fugam sunt conuersi: quos palatos Venetus victor
insequit̄: multos trucidat: multos abiectis armis: in de/
ditionem accipit. Piccininus: inclinante fortuna: in op/
pidum aufugit: & continuo aduersis itineribus ripam
peruenit. per ea tempora Philippenses a' Gregario mi/
lite: qui in custodia Ciuitatulæ Veronæ erat mercena/
rius: cognouerunt Ciuitatulā negligenter noctu custo
diri. Vnde Philippi vicecomitis Duces sub solis occa
sum in subiecto Veronæ campos tacito agmine: perue/
nerunt: atq; intempesta nocte: scale mœnibus sunt ad/
mote: & custodibus interfectis: silentio noctis Philip/
penses intrarunt Ciuitatulam: quā vr bs ad Brumalem

occasum habet,& furto occupauerunt. Armorum stre pitu:prætor,& præfectus excitati in arcem fugam capes sunt. Sfortia:amissione vrbis intellecta:citato agmine: sub noctis vmbram ad montiu3 angustias properauit: qua arx in asperrima rupe eminet:& signa procedere iubet.& in arcem fœlicianam immisit peditatum prin/ceps militiæ Sfortia.Tum porta:quæ episcopi dicitur a' Sfortianis occupata:repente post aliquot prœlia in vrbe cõmissa:hostes fugati fuerunt:& Verona profe/cti:citato agmine:Vigasium abierunt:multis impedi/mentis amissis:& q̃pluribus occisis.Mantuanoꝝ agre stium vis ingens in vrbe capta est.Quidam etiam a' ci/uibus:quorum res direptæ ab'eis fuerunt:in Gonzagæ inuidiam:qui declaratus fuerat a' Philippensibus eius vrbis dominus:obtruncati sunt.De recuperata Vero/na Senatus Venetus certior factus a' Sfortia copiarum imperatore:maximam animi iocunditatem accepit:& per epistolam laudauit eius virtutem:& strenuitatem mellitæ:atq3 aliorum industriam ductorum:qui:vix viso hoste vrbẽ recepissent.Si bono viro non licet nõ reddere beneficiũ:referreq3 gratias:quanto magis prin/cipi indecorum est.Ideo Venetus Senatus in beneficiis collatis gratiam imperatori exercitus:ac ductoribus re tulit.Estate appetente:Stephanus Contarenus classis in Benacu Dux:conuocatis ad concionẽ nauium præ fectis:atq3 nauarchis:ex puppi prætoriæ triremis hanc habuit orationem. Viri magni nominis:qui in bello nauali semper exercitati estis:non est mihi ambiguum

hostes fore victos:si habetis animum:qualem in pluribus certaminibus ostendistis: & cognoui virtutem vestram. Quare date operam:ne amittatur nomen vestræ fortitudinis:& famæ solertiæ militaris. Quid enim est tristius q̃ vinci? turpius:q̃ seruire? Deinde cum esset allatum Contareno Philippensem classem ripa solutam esse:ipse Contarenus aduersus eum procedere iubet minores: & agiliores naues tali ordine:quali acies dimicat. Conseritur prœlium:tum telis:arcu:funda:& Scorpione a' fronte:a' tergo:lateribusq; pugnatur. Certate inquit Contarenus viri fortes:quia in manibus vestris est victoria:quam vobis promisi cruente marte diu decertatum est: & mira crudelitate: fortuna Veneto militante. Quamob rem Blasius Asseretus rei naualis peritissimus fugam circũspectare incepit. Contarenus hostem pertinaciter persequitur,& classem in suam potestatem redegit:duabus nauibus hostis ex omni numero delapsis. violenti tormentorum ictus:terribilesq; clamores proximis montibus insinuati fœdissima imitabantur tonitrua:aer:aqua ventis: violentoq; nauium impulsu vno tempore strepebant. inclytæ victoriæ fama Brixiam perlata ingentem ciuitati attulit lætitiam. quod lacus sit vrbi patefactus. Mox Contarenus magni nominis loca Benaco adiacentia accepit:& duabus adiutus cohortibus a' Principe militiæ Sfortia missis Salodium debellauit:Pischaria vi expugnata: Qua tempestate Philippi Duces munitissima inter Soncinum:& nouos vrceos tenebãt

castra ferunt raro alias tam largnm stipendium militi datum: q a Veneto Senatu. per id temporis: quo fa/ctum est: vt non arma: non æqui: non deniq; ornamé/tum vllum militare cuiq; deessent Venetis militanti. Quare: vt Brixiam obsidione liberaret: Sfortia: cum eius spiritum augeret res in Benaco prospere gesta: in hostes: citato agmine: duxit exercitum. Deinceps ma/gnum est prœlium commissum. Sfortia: cui summa belli erat: suos circũibat: promptissimi cuiusq; lauda/tor: castigatorq; etiam ignauiæ: si quis minus impigre pugnam obiret: nonnunquã & ipse inter primos cie/re: inde circunuectus æquo certamen: sicubi intermis/sum vidisset: subito clamore: & adhortatione repara/re. hostes & ipsi diu: multumq; locum retinere sunt conati. & si ingenti virtute decertabant: & fortiter mi/litiæ Princeps eos pugnare persuadebat: tamen fusi: superatiq; Philippi vicecomitis Duces Cremam au/fugerunt. parte æquitatus: peditatusq; amissa: nec in/cruenta victoria Veneto fuit. Philippi rebus dupli/ci clade accissis: totus ager Brixiensis: Bergomensis/q; Reipublicæ Venetæ obtemperauit: atq; Camoni/cæ Vallis incolæ vltro imperium Venetum recepe/re: aliis oppidis Cremonensis: Mantuaniq; agri ad/emptis. per id tempus Ostasius Polentanus Rauen/nam præclarissimam: & antiquissimam vrbem reipu. Venetæ tradidit. Philippus Mediolani Dux immensi belli dispendia ferre non potens ad pacem venit cum Veneta Aristocratia his conditionibus: vt respub. Ve/

neta præter Brixiam, & Bergomũ:eorũq; agros:Cremam,& ripã:& alia oppida,& loca iura belli parta possideat:atq; Pischariã,& Lunatium,& a' Gonzaga recipiat Leniacũ cum portu,& Rauennã retineat. Sed Eugenius Romanus Põtifex post biẽnium a' Piccinino Bononiã recipiat.oppida quidẽ Abduanæ terræ Philippo redderent.Cremona vero noĩe dotis sit Blancæ Philippi filiæ & cõiugis Francisci Sfortiæ Venetæ militiæ principis.Gonzaga:quæ Mantuani agri erant:recipiat.Fauentiæ dñs a' carcere liberetur. Florentini habeant ab eo loca occupata.Genuenses sint iuris sui.nec quicq̃ cum Philippo Mediolani Duce esse.intelligatur hoc bellũ cum Philippo Maria Mediolani Duce fuit gestum per duos,& viginti annos.

Mox Philippus Mediolani Dux inquietus:& bellicosus Francisco Piccinino filio mandat:vt Cremonenses fines hostiliter inuadat,vt Venetos ad bellum excitaret.Piccininus Cremonenses tumultuose:& ex improuiso adortus post multas,& varias clades illatas:vrbez quoq; circunsedit, & oppugnare est aggressus. Veneti autem per legatum Philippo suadere conati sunt:vt pax seruetur:non audita legatione. Venetus Senatus rei indignitate motus Michaelem Attendulum suarũ copiarum Imperatorẽ in hostem statim mouere iussit: repente cum sex millibus æquitũ:ac peditũ totidem:q ollio superato:in Cremonensi ad Casale maius consedit.Inde vero ꝓfectus in hostez vadit:qui se in padana

inſula non ꝓcul a' Caſali oppido cũ oĩbus copiis tenebat. Mox atrociſſimũ certamen a' prima luce ad altũ diem diſtractũ eſt. ſpoliis & impedimentis hoſtium captis: atq; q̃pluribus ſtrenuis æquitibus: victoria Veneto cruenta extitit: multis in prœlio viris illuſtribus Veneti exercitus occiſis: captiſq;. Itaq; quæ in Cremonẽſi agro hoſtis occuparat: attẽdulus recepit: & copias: fluuio abdua inde traduxit: in cuius ripa pugnatũ accerrime eſt: victis Philippenſibus hoſtibus. Attendulus poſt abduanã pugnã cum pontẽ: quo fluuium iunxerat: præſidio firmaſſet: in Mediolanenſem agrũ tumultuoſe erupit: atq; media ferme Bruma Mediolanũ vſq; adequitauit: ædificiiſq; ſuburbanis quibuſdã incendio abſumptis: q̃plures viros: ac vim pecoꝝ magnã in prædam abduxit. poſtea cum iam oĩa ab abdua: Comum vſq; cum vtraq; Larii ripa in Venetoꝝ poteſtatem veniſſent: miles præda onuſtus citra flumen eſt reductus. Quo tẽpore Philippus belloꝝ ſtudioſiſſimus vita deceſſit: cuius morte Ducatus Mediolanenſis ſine Principe remanſit: quare conſternati populi: qui illius ditionis erant: alii alia conſilia agitare cœperunt. Laudenſes in Venetorum fidem conceſſere. Confeſtim Placentini Venetum intra mœnia acceperunt.

Franciſcus Sfortia a' Mediolanenſibus electus copiarũ Dux arma contra rẽpu. Venetã mouit: q̃ philippẽſem exercitum: qui Cremonã occupare volebat Sfortiæ vrbem dotis noĩe: deuicit. Nulla eſt quidẽ ſancta ſocietas:

nec fides regni. Ideo humana pax nunq̄ diuturna est. quia adducunt̄ plæriq;:vt eos iustitiæ capiat obliuio: cum imperioꝝ:honoꝝ:gloriæ ue cupiditatem inciderint. Sfortia igitur:omni fere Galliæ Cisalpinæ militiæ robore in vnum cōtracto:Placentiā subita oppugnatione adoritur:demūq; vi captā militibus tradidit diripiendam. Deinde principio æstatis Sfortia abduanā terram præter Carauagiū Veneto præsidio munitū subegit. Attendulus Veneti exercitus Dux:audita Carauagii obsidione:eo duxit exercitum.& cōferere cōstituit prœlium quo victus est Attēdulus. Vnde castris Sfortia mira reꝝ omniuȝ opulentia refertis potitus est.siue dolo Attenduli:siue belli fortuna, Veneta Aristocratia ingentem accepit cladem.postea inter Venetā rēpu.& Sfortiā actum est fœdus:vt quicq̄d circa abduā Philippus tenuisset:Veneti haberent. Sfortia vero Mediolanum cum reliquo principatu. Venetus senatus Attēdulum:abrogato prius illi imperio copiaꝝ:in Taruisinum agrum ablegauit. Mox Sfortia in Mediolanēses duxit exercitū:& quicq̄d Mediolanenses inter abduā:& ticinum tenebant:paruo tēpore domuit,& ad q̄nq; millia passuum a Mediolano castra posuit:& adiutus Venetis copiis Mediolanū grauiter vrget. Qua tempestate copiæ Sabaudiæ Ducis in auxilium Mediolanēsibus accersitæ Nouariā vrbem occupare tentarūt.quas Bartholomeus collio acie congressus fudit:fugauitq;: magna æquitatus parte cum Duce intercepta. Sfortia Mediolanū assidua infestatione:multisq; cladibus affi

ciebat. Quapropter Alphonsus Neapolis rex: vt opes Mediolanensibus pstaret: Venetos regno deiecit. mox 39
rex cũ videret Venetos multũ mari, terraq; posse aduersus se: pacẽ rogauit. Mediolanenses: amissa subsidii spe principũ: oppressi continua obsidione: Sfortiã in vrbẽ euocatum salutauerũt principẽ. Sicut quisq; animi magnitudine maxime excellit: ita maxime vult Princeps omniũ esse: vel potius solus esse. Itaq; bellum inter Venetos postea: & Sfortiã oritur. sub primos belli motus Laudensis ager vexatus est. plæraq; oppida in Venetã fidem venerunt: & abdua superato: Veneti Mediolanũ vsq; incursum fecerunt: & Soncinũ graui obsidione vrgent. Sfortia ad eam obsidionẽ soluendã cum potentissimo æquitatu, & peditatu in Brixiensem erupit agrũ: ollio superato, & alia oppida cœpit. Venetus Soncino: & Romenengio potitus non pcul ab hoste Pontem Vicum occupante castra posuit. Sæpius vario euentũ dimicatuz est. Marchio Monferratensis Alexandrinũ deuastauit agrum: aliasq; regiones vicinas, per id tẽporis, Iacobus Piccininus cum Sfortianis decertauit: dux exercitus. atq; cœpit æquitũ turmas. mox Venetus depredauit Mediolanensem agrum: ac infestauit ticinensem regionẽ. Carolus montonius Alexandrũ Sfortiæ fratrem fudit: spoliisq; exutum fugauit, hac clade territus Sfortia Quincianũ properat. Thaddeus Aestensis: aliiq; ductores a' Venetis ad hostem deficientes a' Matheo Campano victi quadringentos miserunt æquites. Matheus deinceps, & Iacobus Piccininus: aliiq; ducto

res:Sfortianis oppressis:currus cõmeatu:rebusq; belli/cis onustos in hostis castra eũtes cœperũt. Quos statim Sfortia fortiter inuadit. Vnde Venetus a p̃da ad p̃liũ se cõuertit:quo Sfortia fugatus apud octolengũ se recepit. Deinde Piccininus Veneti exercitus p̃fectus Manerbio, Quinciano, & Ponte Vico potitus est, & Sfortianos p̃da ex Brixiẽsi agro ditissimos supauit. Media æstate Renatus cũ quatuor æquitũ millibus in auxiliũ Sfortiæ venit. & per caduceatorẽ gallicus bellũ Venetis indixit. Deinceps feritas gallorꝝ in miseros Põtis Vici oppidanos est debachata. Quorũ terrore planicies Cremonẽsis, & Brixiensis:non expectato hostiũ aduẽtũ:deditionẽ fecerunt. Piccininus ob tantã defectionẽ inter Brixiam, & montes castrametatus est. hybernorũ tempore, Renatus ob iram cuꝫ Sfortia per taurinos in galliam transalpinã traiecit. post modũ Francisco Sfortiæ pacem roganti per Simonẽ hæremitanæ p̃fessionis Veneta Aristocratia his cõditionibus concessit:vt ipse Sfortia præter Abduanã terram redderet Venetis:quæ bello ademisset reipu. Venetæ. Marchio Mantuanus Carolum fratrẽ in suum restitueret principatũ:atq; Senenses a Florentinis res suas recipet. pax acta est anno salutis q̃nquagesimo quarto supra millesimũ:quadringentesimũq;, bellatum fuit supra septem annos.

FINIS.

EPISTOIAE EIVSDEM IVSTINIANI.

MIhi molestum est sæpe a te rogari: vt de Venetis rebus aliquid memoriæ manda/rem. tibi satisfeci. Scripsi enim de præclaris Venetæ Aristocratiæ gestis. hoc te tenere in memoria volo: ab vrbe condita nostrã rempu. se regere: suis legibus. Veneta autẽ iuuentus mirum in modum bellicosa erat per ea tẽpora: & cum corporis agilitate: tum robore præstabat: atq; animo nulli ferme genti cedebat. Leo Imperator nephandũ exco/gitauit scelus: vt omne argentũ: aurum ue signatũ san/ctorũ imaginibus extorquere possit. Nam dimissis per terrarum orbem nunciis: imperauit ꝓuinciis: ne essent imagines omnis generis in ecclesiis. Veneti Imperato/ris edicto non paruerunt: sed responderunt se velle po/tius Romanæ sedi obedire: q̃ Imꝑatoriæ maiestati. Audax responsum extitit contra imperium potentissimuꝫ eo tempure: sed iustum, & religiosum fuit ob diuinum cultum. Te igitur certiorẽ facio nũq̃ rempu. Venetam amisisse imperandi libertatẽ ob diuinam gratiam.

Si vales bene est. Ego quidem valeo. Non audeo his tẽ/poribus historiaꝫ nostræ ætatis describere. quia amicus sum veritatis. historia quidem est res gesta: sed etiam ab ætatis nostræ memoria remota. Reges aũt & principes sunt in humanis: qui bella gesserunt: ac eorũ posteri im

perant terrarũ orbi:contra quos si veridicum historicũ me esse volo:oportet non tacere veritatẽ:quæ odium parit:obsequium vero amicos. Etenim nulla est sancta societas:nullaq; iurisiurandi fides regnãdi cupiditate: quæ in plærisq; principibus est. Quod dilucide exponere superuacaneũ tibi sapienti est.philosophi fortunã insanam esse, & cæcam, & brutam perhibebant.insanã dicebant. quia atrox:incerta:instabilisq; sit:cæcam ob eam rem esse vocant.quoniã nihil cernat:quo sese applicet.Brutam,quia dignum:aut indignũ nequeat internoscere,hanc fortunam experta est respu.nostra aduersus omnes reges,& principes Christianæ reipu.post autem illatas,acceptasq; clades Veneta aristocratia suũ imperium incõtinenti recuperauit.

Rempu.nostram nunq̃ esse dominatus auidam bella ab ea gesta declarant.non enim maiores nostri bella sumpserunt propter imperii cupiditatẽ:sed pro tuendo eo: fideq; fœderis obseruanda. Quot enim amplificãdi imperii opportunitates,& occasiones amiserunt? Noster senatus inter alia,vt sim breuis:peloponẽsum sæpius recusauit.Regina Ioãna nostræ Aristocratiæ Appulia; obtulit:quã senatus repudiauit. Interuallo tẽporis currente rursus ipsam Appuliam:quæ sponte Veneto imperio parere volebat:abnuit. Quid dicã de liberalitate nostra erga Nicolaum Aestensem Ferrariæ dominu;? Censibus enim Romanæ ecclesiæ a nostra Aristocratia persolutis:Nicolaus in principatu remãsit.Memo-

riæ proditum est Bononiá flaminiæ nobilissimá vrbem summopere rogasse: vt Venetus senatus eam acciperet propulsatam sæpissime a' Veneto imperio. eam pfecto senatus repudiauit. nec Cesenam recipere voluit: cuius dominus se imperio Veneto dare voluit. Spreta est igit̃ & contépta a' maioribus nostris imperii augendi cupiditas q̃q̃ semper Italiam aduersus hostes tutati sunt.

Tot, & tam ímensæ, & amplæ sunt virtutes Ioãnis apostoli: quas non audeo scribere nisi summatim. Ioannes ergo a' Domitiano Imperatore: qui se dñm, & Deum primus appellari iussit: positus est in dolium olei feruẽtis: a' quo martyrio Deus suum dilectum discipulũ liberauit. Quã ob causam ira affectus Domitianus Ioãnem in Pathomos insulam relegauit: vbi apocalypsim scripsit. Deinceps occiso Domitiano Ioannes: Nerua Imperatore permittente: reuersus est Ephesim: in cuius ingressu vrbis Asiæ populus obuiam pcedens ait. Benedictus qui venit in noïe domini. Tunc corpus Drusianæ ad sepulturá efferebatur: quæ: Ioãnis oratione ad Deum: reuixit statim: populo magnis precibus hoc rogante. Deinde sua doctrina, & bonis moribus: miraculisq; magnis, & admirabilibus q̃ plurimos ad Christi fidem conuertit. per id téporis Ioãnes ab episcopis prouinciæ Asiæ vehemẽter rogatus: vt aduersus hæreticos scriberet de coeterna patri diuinitate Christi: exorsus est: in principio erat verbum. Quocirca transcẽdit Ioãnes omnia, quæ creata sunt: & peruenit ad eum: per qué

facta sunt omnia. Quæ igitur lingua narrare poterit Ioannis virtutes? cui dominus in cruce matrem cōmendauit? Quæ eloquentia describere vitam, & sanctitatem eius poterit? qui cum Petro, & Iacobo fuit sublimi trāsfigurationi testis? Ioannes vero interpretatur gratia, Apostolus autem dicitur missus, euangelizauit Christi nomen post eius ascensionem per multa tempora: mortuis omnibus Apostolis.

Si vales: bene est. Carolus Francorum rex: victus longobardis, qui viginti supra ducentos annos Italiam obtinuerunt: à Leone tertio nomine Romano pontifice declaratur Romanorum imperator. Inde gloriatur ab eo tempore Romana sedes ab se imperium dependere. per ea tempora Constantinopolitanū imperium ei Italiæ parti iubebat: quæ à dextra incipiens à Neapoli: & ad sinistram à Syponto idest Manfredonia: supero: inferoque mari clauditur. hexarchatus autē imperi Orientis: qui cuncta in Italia administrabat: per quinque, & septuaginta supra centum annos à magni Iustiniani imperatoris morte: qui toti Italiæ imperabat: perseuerauit. Deinceps Rogerius Normanus: expulsis Calabriæ, Appuliæque dominatu græcis: insula Cicilia potitus se Italiæ regem appellare cœpit. moxque ab Innocentio secundo Romano Pontifice regni titulum impetrauit Normanus: anno salutis tricesimo, & vndecies centeno. Vnde ortum est regnum Neapolitanū in gente gallica. Normandia enim est prouincia galliæ transalpinæ.

Non est mirum Pancratii nomen tibi molestu3 esse: quia cum sis Balbus: id nomen non bene ꝓnuncias. Pancratius quidem deriuatur a' græco: qd' nomen significatur quasi oía potens. Enim uero Pancratius post parentū mortem nobilissimoꝝ progeniæ: diuinam accepit gratiam: a' Cornelio Pontifice baptisma suscipiens, qui oē patrimonium pauperibus distribuit: atq; Deus gentiū contēpsit: qua re intellecta: Dioclitianus imperator inquit, Pancrati, Cu3 sis puer: haud miror te esse deceptū: recede ab hac insania: vt sis mihi filius carissimus. Dilexi enim patrē tuum virum præstantē. Pancratius vero corde vir respondit. Auguste, q̄q̄ puer ætate sum: tamē scio omnes Deos vestros esse demonia. Dominus autē cœlos fecit: qui solus adorandus, & honorandus est. Quare confiteor Christum esse Deum verū, & hominem: qui est via, & veritas. ipsa nāq; veritas Deus Dei filius: homine assumpto: non deo cōsumpto: cōstituit: atq; fundauit fidem: vt ad Deum iter hominis esset homini per hominē Deum. Dioclitianus equidem sæuissimus: qui omni studio: cura, & ꝑsecutione Christianā fidē delere funditus conabatur: iracūdia affectus iussit: vt Pancratius annum agnes quartūdecimum, Aurelia porta securi percutiatur: vbi sancto ipsi Pācratio cōdita fuit ecclesia: quæ hactenus Romæ est. Corpus aute3 beati Pancratii ab octauilla sepultum fuit circa annum domini ducentesimu3: admirabilibus miraculis diuina gratia illustrauit seruum suum Pancratium.

Quáq̃ funus Cardinalis cum maximo ꝓcerum comitatu procedit: tamen nihil noui est: si agnoscere velis humanam superbiam. quoniá delectant magnifici exequiarꝫ apparatus cum elegantia, & copia: maxime propter obseruantiam: per quá homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodá, & honore dignantur. Cardinales a nõnullis dicuntur senatores pontificis: qui dictator appellatur perpetuus: in similitudine gubernationis antiquæ reipu. Romanæ. Verum si cura funeris: pulchritudo sepulchri animæ defuncti ꝓdessent: lauda rem sumptũ. Sed expetnntur diuitiæ sacerdotibus ad vsus vitæ necessarios, & ad imperiũ Christianæ religionis tutandũ. Non est enim mortuo vtilis pompa exequiarũ. quia non obest pio: si honore sepulturæ careat. At quidé videre licet plærosqꝫ non tam officio pietatis liberales: q̃ quadá gloria ductos facere exequias maximo cum sumptu: vt ĩmortalé famam cõsequantur. hæc enim ludibria sunt fortunæ, põt ne hunc funeris honorem bonũ esse qui minime melioré facit defunctũ? actiones equidé nostræ aío vtiles, & iocundæ a virtute ꝑfectæ sunt. Nam virtus est quædá mediocritas: cuꝫ ipsius medii sit cõiectatrix. Quare sapiens ait: apprime nequid nimis. puto aũt equidé esse humani ingenii: mansuetiqꝫ animi officiũ sepelire ꝓpinquos. pietas est. n. per quam sanguine cõiunctis: patriæqꝫ beniuolis officiũ, & diligés tribuit cultus. Quapropter funera: officio pietatis: curanda sunt: seruata téperantia: in qua rerũ modus cer-

nitur. q̄uis.n.nullus insit cadaueribus sensus: tamen ad Dei prouidentiaȝ pertinet pietatis officium sepeliendi propter fidem resurrectionis astruēdam: vt habet̃ in sacris litteris. liberalitatẽ aūt, & elemosynã propter Deū, & orationẽ ad Deum: quæ spiritibus mortuorū prosunt: maiori diligentia: studio, & cura procurare decet mortales, q̄ pompam exequiarum.

Beatus Laurẽtius Iustinianus ob vitæ ꝓbitatẽ a' q̄pluribus Romanis pōtificibus summopꝫ laudat̃. ep̄atus.n. Venetiaꝝ diuinitus ab Eugenio pōtifice collatus est ei inuito. Deinde Nicolaus.v. Ro.pont.pp maximū sanctitatis odorẽ creauit spōte patriarchã Venetæ vrbis eū. Deinceps a' Leone.x.maxi.pont.cōmendat̃: moxqȝ ab Adriano antistite Romano approbat̃: & demū a' Clemente.vii.Ro. Pont.electus est in numero confessorū beatoꝝ. Multa p̄clara de beato Laurẽtio describere possum: quæ p̄tereo: ne ꝓlixus sim. hoc tacere nolo. Beatus Laurẽtius cū celebraret ad populū: post eleuationẽ sacramẽti: factus est extra seipm̄. detulitqȝ eū sp̄us ad quã dam religiosam miræ s̄cītatis contẽplationi vacãtem: q̄ in cella clausa miro tūc desiderio ardẽs accipiẽdi eucharistiã a' Laurẽtio tenebat̃: qui allato venerabili, & salutifero sacramẽto: sacra illi misteria administrauit: siue in corpore: siue extra corpus Deus scit. ab oculis autẽ totius populi non discessit beatus Laurentius: & ad altare stetit: vt solebat: immobilis: donec ad seipsum reuersus ab illo pietatis officio: reliquum missæ peregit,

qui fuit ex primariis cōditor religionis ſancti Georgii in alga. Annum vero quartum ſupra ſeptuageſimum agens ſexto Idus Ianuarii migrauit in cœlū. Iuſtiniana imperatoria familia: iniuria fortunæ: procerūq; ſeditionibus expulſa Conſtantinopolitano imperio Italiam petens Venetias cōmigrauit vrbem imperio non parētem. Nomen deinde huius domus fere' eſſet extinctum bello aduerſus Emanuelē Orientis imperatorē geſto a' repu. noſtra: niſi fortuitu ꝑmāſiſſet Venetiis Nicolaus Iuſtinianus adoleſcens ordinis ſancti Benedicti profeſſor vnus ex ea gente. Nam omnes familiæ Iuſtinianæ: qui reſtaurare prolem poſſent: eo bello interierunt ſumentes arma cōtra ſuum inimicū. Reſpu. noſtra ꝗplu ribus cauſis cōmota orauit Alexandrū tertium Romanum Pontificē: vt iuberet Nicolao Iuſtiniano: vt religionem relinqueret: ac vxorē duceret: ne Iuſtiniana ꝓgenies imperatoria deficeret. Nicolaus vero pontificis iuſſu coactus, & a' ſenibus familiæ rogatus vehementer poſtea genus ꝓpagauit: qui poſt obitum, & Anna nomine eius coniux filia Principis Venetiarum Vitalis ſecundi Michaelis appellati fuerunt beati ob integerrimam: maximamq; vitæ probitatem.

Nequeo amice tibi cōſulere: quo pacto poſſis animū filii tui inducere ad cōiugium: quoniā magnum, & longū ſpacium amandi amicā gnato dediſti, & ſumptus quos fecit in eam: æquo tuliſti animo. Enimuero meretricem amare: pernoctareq; foris vicium non eſt adoleſcentiæ.

Liberius enim viuendi est potestas: dum ætas non phi
bet. Ineuntis aũt ætatis inscitia: senum constituenda, &
regenda prudentia est. Amice omnes, qui amant: graui
ter sibi dari vxorem ferunt. Qui quippe experti sunt q̃
paucas esse mulieres: quæ careant culpa. Doctæ. n. sunt
ad malitiam fere' omnes: tamen in hoc disidii tempore
cũ amica: nuptias facile fieri posset: si studeas dare nato
adolescentulã ægregia forma: quæ superat pulchritudi
nem amicæ filii tui. pulchritudo autem (vt ait Aristote
les) in magno consistit corpore. parui quidem formosi
sunt, & mẽbris apti: sed non sunt pulchri. Etenim pul/
chritudo corporis apta cõpositione membrorum mouet
oculos, & delectat: hoc ipso, q inter se oẽs partes cum
quodam lepore cõsentiunt. In memoria habeo a' te fre
quenter laudari tuum natum: q præter amorẽ: animum
suum ad aliquid studium honestum adiungat: qui oẽs
facile perfert: aduersusq; nemini est: nunq̃ præponens se
aliis ita: vt facillime sine inuidia laudẽ inueniat, & ami/
cos parit. Quãobrem existimo tuum filiũ tibi fore obse
quentẽ, quia spectatus, & pbus est: si operã dares: vt ha
beat puellã facie honesta. Enim uero maximũ tibi stu/
dium est: vt accipiat cõiugem cũ sũma dote: qui est ma
gnus error. quoniam prius & potius te decet quærere
pudicitiam adolescentulæ: ætatem, & vetustatẽ: familiãq;
præclaram: q̃ diuitias. quia tu es diues: q̃q̃ animus enim
hominis se iudicat diuitem: non mortalium sermo: neq;
possessiones. Diuitiæ enim in virtutibus sunt. Nulla
enim vis auri, & argenti pluris q̃ virtus æstimanda est.

Nam sapiens rebus ad honestum victum necessariis cō tentus fm suam dignitatē: fortunæ bona contemnit: libidines refrenat: coercet auaritiam. Cum igitur sis prudens: opus est: vt filio satisfacias: qui vxorem ducit: si optes videre diem cōiugii: quo ex gnato esset aliquis: qui te appellaret auum.

De tua beniuolentia in me: tuæ litteræ declarant. Nostra autem amicitia te admonet: assiduū vsum: consuetudinemq; scribendi plurimum prodesse. Eloquentia enim cum philosophia coniuncta: qua nihil est laudabilius: & præstantius: est ægregia recte: ornate: copioseq; dicēdi facultas. Vinculū enim vniuersi generis humani est ratio, & oratio: quæ docendo, discendo, cōmunicando, disceptando, iudicando, conciliat inter se homines: cōiungitq; naturali quadam societate. Iccirco eloquētiæ a doctis est in tota dignitate principatus datus. Itaq; eloquentiam assequi poterimus arte: imitatione: & exercitatione: cuius facundiæ splendor haud in multis reperitur. pronunciatio enim a natura orta: est ex rerum, & verbo℞ dignitate: vocis, & corporis exercitatione moderatio cum aliqua grauitate. Memoria quidē naturalis nostris animis insita, & simul cum cogitatione nata est illi vtilis: cui opus est memoriā artificiosam esse inuento℞ thesaurū. etenim ratio pceptionis porro naturæ cōmoda retinet, & amplificat: rōne doctrinæ: memoriā, per quā animus repetit: q̄ fuerūt. Atqui acuta exclamatio vocis, & fauces vulnerat. Vox autē conseruanda

est:si sedata,& depressa voce:exordiũ dicatur.aĩaduertẽ
dum aũt est:vt incipiendi rõ est:ita desinendi modus.

Si vales bene est.ego quoq; valeo.me tuoꝶ cõsilioꝶ adiu
torẽ:dignitatisq; fautorẽ oĩbus in rebus amicissimum:
fidelissimũq; cognosces.quoniã optime rẽpu.defendis
oblitus cõmodoꝶ tuoꝶ.probo quidẽ tuam liberalita/
tem:quæ ꝓsit amicis:nemini noceat.Sunt.n.cupidi splẽ
doris,& gloriæ:qui eripiũt ab aliis:qđ aliis largiantur.
læto aũt aĩo intelligo te ꝓhibere tuã iracũdiam in pu/
niendo.Nam iracũdia:q̃uis a natura est data:tñ se vin/
cere est sapientis.Legatus.n.æqtate ducit̃ ad castigandũ
militẽ.Quocirca in gyrũ rõnis opus est legatũ se gerere.
At quidẽ cum mihi multa sint grata:quæ tu adductus
mea cõmendatione fecisti:tum in primis ꝙ amicũ meũ
familiarissimũ oĩbus militiæ,virtutibus ornatũ liberalis
sime tractauisti. Quãobrẽ gratias maximas tibi ago:ꝙ
intelligo nostram cõmendationẽ non vulgarem fuisse.

Non tibi mirũ sit:me haud oĩa ægregia reip.Venetæ faci/
nora memoriæ mãdasse:qa partẽ mei otii in pħia consu
mo.sed nõ ignoro a Venetis expulsos Italia fuisse sar/
racenos:qui potiti fuerãt ora maris adriatici:& superi.
Quãobrez in eius rei gestæ gratificationẽ gloria dignæ
Basilius Cõstantinopolitanus impator declarauit Ve
netoꝶ ducez ꝓtospatariũ.Quæ dignitas tũc erat oĩum
honoꝶ impii maxĩa.Nicephorus græcoꝶ impator ꝑ le
gatũ orauit Venetã rẽp.vt classez mitteret aduersus Ro

bertum Viſcardũ Normanum magni nominis:a quo primo regnum Siciliæ:citra farum:conſtitutũ eſt. Deinceps Veneta claſſis valida Normanæ congreſſa claſſi victoriam obtinuit:ingenti cruore fuſo. exinde mare dirachinis obſeſſis apertum extitit. Nam Dirachiũ vrbem terra:mariq; Viſcardus Normanus præmebat. Bononienſes quidẽ flaminiæ dñi nauigationẽ per mare adriaticũ a Venetis clauſam vi armorum adaperire conati ſunt. Sed a Venetis victi fuerũt q̃uis eorum exercitus Bononienſium potẽtiſſimus fuiſſet. Anconitani cum bellũ Venetis inferre nõ auderent territi exẽplo Bononiẽſium:ad Gregoriũ decimum pontificẽ Romanũ querelas detulerunt. Abbas Neruoſiæ iuſſu põtificis audiit Venetos ſe defendentes cõtra Anconitanos:atq; pontificis auctoritate: Anconitanos nil iuris habentes reiecit. & pontificis cõſenſu iudicauit ius maris adriatici attinere ad Venetos. Quid dicã de Turcorum regũ bellis:cum qbus ſæpe maxima fuit cõtentio? Turci quidem fuerunt Scytæ (vt nõnulli aiunt) ex iis:quos Alexander magnus inter hiperboreos montes ferreis clauſit repagulis:atq; hoc beatus Hieronymus affirmat. Vrbs Veneta (vt ſcis) diuina non humana ope eſt condita:quæ eſt domicilium nobilium virorum libertatem volentium.

Iucundiſſima eſt noſtra amicitia:quã ſimilitudo bonorum morum cõiugauit. Quare geram tibi morem:vt ſummatim de Turcis aliquid ad te ſcriberẽ. Saladinus ergo ex Turcis primus Syriæ, & Aegypti imperiũ obtinuit.

Anno autem salutis nonagesimo supra duodecies centenum Saladinus Ptholomaidā solo æquauit. Res vero pu. Veneta: parta victoria insigni apud Gallipolim contra Turcum: renouauit cum Imperatore Orientis fœdus, & bellū intulit morato Asiæ regi potentissimo: qui quippe aliquid quotidie imperio abradebat: & ad vrbem Thessalonicā nobilem græciæ obsidendam posuit castra cum innumerabili gente. Quaobrem cum imperator viribus non valeret: eam ciuitatē ab obsidione liberandam: ac tenendā tradidit reipu. Venetæ, quæ nōnullos per annos maximis sumptibus, & sanguinis profusione vrbem ꝓpulsauit: & semper ad reprimēdos Turcoꝝ impetus: validissimas tenuit classes in helespōto: atq; Deo iuuante: ingentes intulit Turcoꝝ regi clades: & magnā peperit gloriā. Enimuero cū nulla esset Venetæ Aistocratiæ quies ꝓpter philippense, & Sfortianū bella in Gallia Cisalpina: Constantinopolitanū imperium per ea tēpora a Maumetho Baixeti nepote expugnatū: extinctūq; fuit in Christiana religione: anno dñi millesimo quadringentesimo qnquagesimo tertio. Qua tēpestate Italia bello ardebat. Quā ob cām parū: aut nullum subsidiū accepit imperator ab Italiæ principibus. Deinceps Veneta Aristocratia per multa tempora bellum aduersus Turcoꝝ Imperatorē gessit: militante fortuna, & secunda, & aduersa.

Quāq̄ parua sunt foris arma: nisi esset consiliū domi: tamē si vere iudicare velimus: multæ res extiterunt belli

cæ maiores:clarioresq́ꝫ q̃ vrbanæ.quoniã militiæ ars est opus ingenio,& actione.Breuiter igit̃ tibi narrabo Ferrariense bellum:Hercules Ferrariæ Dux,quem Veneta Aristocratia in principatũ locauit:consilio Ferdinandi regis Neapolis soceris:atqꝫ fiducia:antiqua Venetorũ pacta ex fœderibus deturbauit.Nam inter alia circa comaclum fieri salẽ ab hominibus suæ ditionis permisit. Quã ob causam Venetus senatus per epistolas Herculem Ferrariæ principẽ admonebat:ne belli causam daret.Demum bellum Herculi fœdifrago indictum est à Veneta Aristocratia.mox senatus iussu, Victor superantius:penes quẽ maris imperiũ erat:Appuliæ:& Calabriæ loca infestauit.Altera Venetoꝝ classis per Padi fluenta in hostis fines ducitur.Rubertus Seuerinas militiæ Venetæ princeps cum potentissimo exercitu Ferrariam petit.Rubertus Ariminensis copiaꝝ imperator Venetæ Aristocratiæ:senatus mandato:in flaminia bellabat.Ferdinandus Neapolis rex:sociiqꝫ Italiæ principes, & cõmunitates Fœdericũ Vrbinatẽ summæ rei belli p̃fecerunt.per id tẽpus classis Venetoꝝ hadriã:aliaqꝫ circũuecta Padi loca.partim vi:partim deditione cœpit.Vrbinus in Padi ripis cuncta Veneto infesta reddebat æneis machinis.At quidẽ senatus decreto:Ariminẽsis militiæ Imperator Romam se euestigio contulit ad Sixtuꝫ pontificẽ obsidione leuandũ.Nam Alphonsus Ferdinandi regis filius cum validissimo exercitu in Romanum agrum peruenit:factione colũnensi eius partẽ sequente Ariminensis cum potentissimo exercitu in cã/

pum mortuũ concessit:vbi hostem in cõspectu habẽs: agite inquit signiferi inferte signa.negligite o' cõmilito nes castra:non ad tuenda valla nati estis:virtutẽ vestrã in acie:hastis, & telis:gladiisq; declarate.ipse vero Ariminensis cum globo milituz in hostem fertur.tanta est continuo animoꝝ conuersio facta:vt regii ductores in rabiem versi ex omnibus castroꝝ portis erũperent.Cõsertum est prœliũ animis infestissimis. Alphonsus aũt videns victoriam Veneto militantẽ cum paruo æquitatu dilapsus in pacatum trepide cõcessit. Reliqui viri illustres in Ariminensis potestatem venerunt.Quibus cum alia captiuoꝝ turba ingenti præ se actis:Ariminensis Venetæ militiæ princeps victor Romam ingressus desuetam triũphi speciem oculis Romanorũ subiecit. triũphauit enim antiquo Romanoꝝ more.Interea victor superantius classis Dux vnius,& viginti triremiũ: aliorũq; nauigioꝝ:in Argentinos fines:aduerso Pado: progressus non multopost Herculanos prœlio vicit: captis q̃plurimis armoꝝ ductoribus præclaris,& Venetias ductis.Seuerinas:cui summa erat belli Ferrariensis: vt & ipse ægregiuz facinus ederet:circa muros parci ab vrbe Ferraria mille passus distantes & non multũ a' flumine recedentes consedit.& loca suburbana:subito incursu:diripit,& incẽdio absumit. Qua tẽpestate Sixtus pontifex Venetoꝝ socius fœderis fidem violauit:victoria Veneto militante.Deinceps Alphonsus Calabriæ Dux cum delectu æquitũ, & peditum in auxiliũ Herculis petit Ferrariam:moxq; in Cremonensi concilio so

ciis indicto:imperiũ belli aduersus Venetos Mantuanõ principi delatũ est. Auctoritates aũt totius belli penes Alphonsum Calabriæ Ducẽ erat. Interim Venetus senatus Renatũ lothoringiæ ducẽ ingenti stipẽdio accersit ad Ferrariẽsem expeditionẽ. Nã seuerinas traduxit in Brixiẽsem agrũ copias: Veneti senatuscõsulto: aduersus hostes: qui fere' oẽm planiciẽ Brixiẽsem occupauerãt. per id tẽporis Alphonsus per litteras Herculis sororii accitus Ferrariam ꝑperauit: vt opem illi præstaret. At Seuerinas eodem tẽpore omnia in Brixiensi agro recuperauit. & Iacobus Marcellus classis dux Appuliæ, & Calabriæ oram infestabat. Fœdericus vero Ferdinandi regis filius classis patris imperator lysam Dalmatiæ insulam subito aggressus eam ferro, & igni pene' desolatã reddidit. Interim Veneti Ferrariam grauiter opprimebant. At quidem sub veris exitu Marcellus validæ classis Venetæ Dux Gallipolim oppugnat, & dum studet ducis munere defungi ex ꝓtoria puppi: tormento ictus repente cõcidit. Triremium autẽ præfecti mortis inscii Marcelli: oppidũ expugnarunt. Qua re intellecta: Ferdinandi rex de pace cogitare cœpit. quia Veneta arma penetrabant regnũ eius. Itaq; pax secuta fuit his conditionibus: vt Veneta Aristocratia: omnia in Gallia Cisalpina amissa reciperet. & rodigianum polisenum retineret: & antiqua, & recentia iura in Ferraria, & eius finibus acciperet. Gallipolim autem & omnia loca in Calabria hoc bello parta Ferdinando regi restitueret Veneta Aristocratia.

Operæpretiũ

Operæpretium est: qui rempu. volunt ministrare: scire historiam. & peragrare orbem. Nam prudentia: quæ imperium regit: est rerum multarũ memoria, & vsus plurium negociorum: ex quo oritur consultatio. Veteres enim Imperatores Romani dederunt operam scribẽdi sua gesta: atq; historicos habere voluerunt ad cõsulendum. Itaq; senator ausculta Carolum Francorũ regem Lodouici filium parto regno Neapolitano: imperasse Italiæ: nisi ad Tarum a' nostro magnifico exercitu: superatus: fugatusq; fuisset: amissis spoliis regiis: impedimentisq;. Interuallo temporis currente: nostra Aristocratia amicitiam renouauit cum Lodouico Francorũ rege: olim Duce Horliensium: fœdusq; percussit aduersus Lodouicum Mediolani Ducẽ: quo principatu expulso: Rex Franciæ Mediolanensem ducatũ obtinuit. Nostra autem Aristocratia Cremonaʒ cum eius agro: totamq; Abduanam terram recepit: aliaq; oppida sibi attinentia fœderis iure.

Ambiguam videri fidem verbi incarnati nec fas est: nec decet. quoniam ciues sanctæ, & celestis ciuitatis supedificati sunt supra fundamenta Apostoloꝝ, & prophetarum, ac martyrum sanguinem: beatorũq; doctrinã virtutibus præstantium: Platonici supra omnẽ animæ naturam confitentur Deum. Etenim qui habitabant Hierusalem. & principes eius ignorantes Iesum Christum Deum, & hominẽ. & voces prophetarũ: quæ per omne

Sabbatum legebantur: iudicantes impleuerunt eas: nullam mortis causam inuenientes in illo: qui nec peccatū fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Nam petierunt à Pilato: vt interficerent eum. Itaq; Christus semel pro peccatis nostris mortuus est: iustus pro iniustis: vt nos offerret Deo: mortificatos quidem carne: viuificatos autem spiritu. Ignorantia vero semper fuit pernicies, & pestis humano generi: ob quā insipientiam relati sunt in Deoꝝ numerum. Quidam potentia, & scientia præstantes: cæca & vana cōsuetudine, ac superstitione ægyptiorum, & græcoꝝ, atq; Romanoꝝ. Nam prætermissis multis: vt breuis sim: Mercurius Athlantis nepos multarum artium peritus claruit apud antiqua tempora: quia eas artes hominibus tradidit: qua virtute scientiarum eum post obitum Deum esse senserunt mortales. Quāobrem sapientia: quæ in veri cognitione consistit credebatur esse in viris mortalibus suum creatorem nescientibus. Firmissime igitur tenendum est: veram esse fidem verbi incarnati orbis terrarū creatoris. omnia enī per ipsum facta sunt. Itaq; credendum est Deum esse omnipotentem. homines autem & demones sciendum est nec aliquid operari ſm naturæ suæ potentiam: nisi quod Deus permiserit: qui liberam voluntatem eorum naturæ dedit: vt proprio vitio ea maligna sit. Dei tamen iudicia occulta sunt multa: iniusta nulla. missi sunt enim Duces interdum ad vindictam malefactorum: laudem verò bonorum: qui in fide permanēt. perspicuum igitur est ipsam veritatem Deum Dei filium:

homine assumpto: non Deo consumpto: fidem consti-tuit: atq; fundauit: vt ad Deum hominis iter esset homini per hominem Deum.

Lætor laudari a' viro laudato: me in his Italiæ calamitatibus ea litteris mandasse: quæ sunt cognitione dignissima. etenim reperi in volumine viri docti: vrsum tres dētium ordines habētes significare tres fore principes aduersus Romanam sedem bellantes: explanare nō licet. quia fugio iudicii temeritatem: quæ a' sapiētia plurimū diffidet. Dei est de omnibus omnino rebus tam fixa sententia: q̄ certa præscientia. tamen non amittitur voluntatis arbitrium. Nam Ioannes Apostolus inquit. Dedit eis potestatē filios Dei fieri: qui credunt in nomine eius. homines enim non natura: sed vitio mali sunt. Deficiūt enim mortales a' Deo summo bono: cui parere debent. Vnde defectio est mala voluntas.

Ex tuis litteris cum molesto animo intellexi Turcorum imperatorem expugnasse maiorem Pannoniæ partem: qua victoria fidei hostis elatus aspirat ad imperandū Christianæ reipub. si nolint ergo principes Christianæ religionis serui esse maumethanæ vesaniæ: oportet seipsos in pace coniungere, & societate ad debellādum Turcorum regem: cui maior Europæ pars innumerabilesq; prouinciæ Asiæ maioris parent. Vnde a' sapientibus vatibus prædictum fuit: regiones nostras corā oculis nostris alieni deuorant.

Afficior summo dolore: filiam tuam violatã fuisse: quia te summopere diligo. Tuæ sapientiæ: magnitudinisq; animi est omnem amplitudinem: dignitatemq; tua3 in virtute positam esse: existimare. Amice pudicitia est virtus animi: quam virgo non perdit: si in corpore apprehenso, & oppresso: expleatur libido alterius nõ puellæ. Nam videtur inuita id facere: quod violentia agit. id enim violentum est: cuius principium est foris. obstetrix integritatem virginis manu velut explorãs seu maliuolentia: seu inscia: siue casu: dum inspicit: pdidit. Virgo autem non amisit aliquid de ipsius corporis sanctitate. quia violentia corporis: non cogit voluntate3: quæ libera est. Itaq; vera virginitas consistit in recta, & bona mente & non in violentia alienæ libidinis. Quãobrem quicquid præter suam voluntatem patitur virgo: non est tribuendum peccato. quoniam in duum corporum coniunctionem: violenta vnius cupiditas turpis: alterius castissima voluntas videri potest. Actus nãq; humani ab electione intellectus proficiscuntur. Quam ob causam virtutes sunt in nostra potestate, & vitia. Quare pudicitia circa voluntatem versatur.

Nihil mihi fuit optatius: q̃, vt primum a teipso. Deinde a cæteris certior factus sim: Cremonam vrbem nobilẽ, & opulentam vi assentisse deditioni. profecto sapientiam ducis nostra℞ copiarum vehementer laudo. Non enim potuit accuratius agi: nec prudentius: q̃ actu3 est

ab eo:conseruare ciuitatem incolumem. Barbaræ gen-tes crudelissimæ cum sequerentur in euertenda:diripiēdaq; Roma:pepercerunt sontibus.& ad martyrū loca, Basilicasq; Apostolorum confugientibus ignoscerūt. Ibi enim accipiebat limitem trucidatoris furor:vt scri-bit Augustinus.quod hac ætate Romæ non contigit. In præclaro imperatore perlucet clementiæ virtus. Augustus Iustinianus Guitigi Italiæ regi a se victo poten tatum apud Persarum fines tribuit:ne Rex priuatam ageret vitam. Clementia virtus in omnibus actionibus cōmendanda est:maxime in arte militari. Nec de virtu te scire sat est:nisi enitendū esset ipsam habere:ac vti.

Per iocunde mihi fuerunt litteræ tuæ : quibus cognoui te elocutione non vacare. Nam nemo vti potest gene-re demonstratiuo:si ignoret artem. Quis est enim:qui cum nō summe teneat artem:possit ea:quæ iubeat ars: notare:ac scire,& scribere?oratoris enim proprium est apte:distincte:& ornate dicere. Tuum igitur studium eloquentiæ magnopere commendo,& laudo.exercita-tio enim plurimum valet in omni re:maxime in ratio-ne dicendi. Etenim si eloquentiæ virtutem:volumus cō siderarare:reperiemus id a natura profectum. præcipue tamen eloquentia perficit arte. Scientia enim valde pro dest. Sæpius rogasti, & continue oras:vt ad te mittam orationem:quam habui Rauēnæ:puerili ætate:ad Fœdericum tertium Imperatorē:prætore, & præfecto eius vrbis Nicolao Iustiniano meo auo. Constitui preci-

bus tuis satisfacere. quia plurimum valet apud me tua beniuolentia, & quanti te faciam: sum mihi ipsi testis.

Ignoro: potentissime Imperator: ingenti ne humanitati tuæ: an liberalitati: munificentiæq; referre gratias debeo. Nam me non modo æquestris ordinis instituisti: verum etiam me dixisti comitem palatinum: humanitate, & conitate illectus. Et si adolescentia mea id honoris non postulat: tua tamen præclara sapientia tibi persuasit: hanc dignitatem seruo tuo tribuere. Quoniam Imperatoria maiestas tua virtutibus, & scientiis ornata: Aristotelem, aliosq; artis phisonomiæ doctores superans: agnouit me natum esse seruum tuum ad laudem: gloriamq; imperii tui. Qua oris gratia Nicolaū Iustinianum prætorem: Rauennæq; præfectum auunculum meum inuitasti. Qua verborum suauitate? q̄ nouum erat videre: imperatorem orare seruum: qui repudiabat mihi adolescēti hunc honorem tribui in hac ætate? o admirabilem humanitatem: qui iubere potest: orat. O incredibilem mansuetudinem: qui obsecrasti: vt meus auus tuæ voluntati consentiat. Illud porro est regis: illud quidem est magnanimi Imperatoris: dare mihi dignitatem non petenti: omitto: optime Imperator: quantus es: qui detulisti. Si enim regnum intueor: regum omnium tu es maximus. Si virtutem optimus omnium principum. si religionem: Christianissimus es omnium dominoꝝ. Hæc silere; & tacere non debeo: q; maiores tuos præstantissimos impatores non æmularis:

sed vincis.non sequeris:sed superas. Quáobrem tua virtus omniũ linguis,& litteris prædicatur. Auguste igit imperator in gratiarũ munere:animũ meũ tibi dedico: & eum tuis mandatis addico:atq; tuæ gloriæ consecro. 51

Si vales:ego quoq; valeo.Maximum detrimentũ Christianæ religioni fuit arrhiana hæresis in Niceno cõsilio reprobata,& damnata.Quam perfidiam omnes Asiatici,& Africani acceperunt. Theodoricus Italiæ Rex cũ sua gẽte gothica arrhianus fuit.Gothia quidẽ post Alaniam est prouincia inter Dacium,& Germaniam. Longobardi:qui Italiæ diu imperarunt:insaniá arrhiana fuerunt infecti:a barbarum longitudine appellati. Quam gentem constat erupisse ex insula scandinaria: ad polum articũ magis sita:& a Germania vltima parum distante.Ingressi autem sunt Italiam Longobardi:Alboino eo℞ rege ex Pannonia profecto cum vxoribus,& liberis:innumerabili præterea multitudine bellicosis ex gentibus coacta abire sequentem Alboinum: circa annum dñi quingentesimum sexagesimũ octauũ. Quid dicã de Turco:Sarracenæ sectæ vesania arrhiana. & erroribus plenæ cõseruatore:q Asiam minorẽ:Syriã: ægyptum:& maximã Europæ partẽ in suam potestatẽ redegit?Quáobrem afflictis ecclesiæ,& Italiæ rebus:deploramus.vbiq; luctus aspicimus.vndiq; gemitus audimus.destructæ vrbes:euersa sunt castra depopulati agri: alios in captiuitatẽ duci:alios interfici videmus.ipsa etiã Italia:quæ aliqñ mundi domina esse videbatur:qualis

remáserit?imensis doloribus multipliciter attrita. Vale.

Eruditissime vir me vehementer rogas:vt tibi cõsulam:in quo affinitatis gradu vxoré esse ducendã:Beatus Gregorius summus pontifex tibi respondet.progeniẽ suã vnũquéq; ad septimam decernimus obseruare generationem. Magister sententiarũ exponit parentes esse in primo gradu. Gradus autẽ plures sunt societates hominum:doctoꝝ opinione.est.n.eiusdẽ gentis nationis: linguæ,qua maxime hoĩes coniunguntᷣ.interius etiã est eiusdem esse ciuitatis.artior vero colligatio est societatis ꝓpinquoꝝ.propior.n.societas in ipso est cõiugio.ꝓxima in liberis:sequuntᷣ fratrũ coniunctiones.post consobrinoꝝ:sobrinorũq;:qui cũ vna domo iam capi nõ possint:in alias domos q̃si in colonias exeũt.prĩcipes ergo beniuolẽtiæ sunt parẽtes:quoꝝ bñficiis maxime obligati sumus.plus enim diligunt filios:q̃ amantᷣ a natis.hõ enim non ad parẽtes:sed ad ꝓcreandos filios transmittit affectũ:quibus cõmunis parentũ fortuna est. Filii etiã in nos solos spectant:neq; aliud vllũ possunt habere verũ profugiũ. Mala aũt est,& praua consuetudo his tẽporibus:nec laudabilis:accipere cõiugẽ tertii gradus:q̃uis romana ecclesia veniã petenti ignoscit:nec recusare põt parcere peccatori pœnitenti. Etenim ex cõnubiis,& affinitatibus conseruatᷣ humana beniuolẽtia. Augustinus enim ait:propinquoꝝ prohibita esse coniugia:quia habita est ratio rectissima caritatis:quæ alitur ex ꝓpinquitatibus. Quocirca nobilissimum documentum Grego

rius Romanus pontifex reliquit. Inquit enim. experimento didicimus ex coniugio tertii gradus consanguinitatis non posse sobolem succrescere. q̄q̄ perspicuum sit ex primis hominibus natos accepisse sorores suas cõiuges: compellente necessitate: atq; propter fidem recuperandam hoc contigisse Noe, & Abraam non est obscurum: tamen postea factum est damnabilius, & maxima infamia existimat̃ Christiana relgione ꝓhibente inter cõsanguineos nuptias fieri. Vale.

In tua iuuentute: adolescens: quæ in mercatura exercere tur: hoc tibi cupio esse notissimum: ne facias aliquid: quod sit contra diuinum ius. Quáobrem tollendum est in rebus cõtrahendis omne mendacium. neq; fas est agere contra mores: leges: institutaq;: ob vtilitatem violatis vectigalibus. Vir enim bonus se negat facturum: emolumenti causa: quod non liceat. Itaq; ad fidem bonam pertinet notum esse emptori vitium de re vendẽda: quod nosset venditor. quia hoc postulat æquitas. Sed aliter leges iuris ciuilis: aliter philosophi tollunt astutias. Leges quatenus manu tenere possunt. philosophi quatenus ratione, & intelligentia. Quare ratio persuadet nihil insidiose: nihil simulate: nihil fallaciter fieri. Video autem hoc tempore propter deprauationem bonæ consuetudinis: ac legis iustæ: vtile anteponi honesto. Aiunt enim mortales: vbi iudicium emptoris est: ibi fraus venditoris quæ potest esse? Non est enim obscurum non esse vtile peccare. Quia semper est turpe:

nec prodest animæ:sed obest. Quare astutiæ prauæ tol/lendæ sunt:eaq; malitia:quæ vult quidem videri se esse prudentiam:anteponendo vtilitatem honestati. Non est enim viri boni,& iusti velle:qđ ipse sciat:eos igno/rare:vtilitatis suæ causa:quorum intersit id scire. Versu/ti autem potius:astuti:fallacisq; ingenii est tacere vitia rei vendendæ. pœna est enim reticentiæ constituta. q̄q̄ hac ætate in plærisq; de hoc videtur esse iudicia contra/ria:atq; etiam vtrum sit iustum ad tẽpus vendere. Fraus autem omnis excludenda est omni tempore. Natura enim iuris est:neminē id agere:vt ex alterius prædetur inscitia. Quáobrem omnium vna regula est:quá cu/pio tibi esse notissimam:aut illud:quod vtile videtur: turpe ne sit:aut si turpe est:ne videatur esse vtile. Itaq; honestate dirigenda vtilitas est. Sapiens enim si adulte ros nūmos accipiet imprudens pro bonis:cum id rescie rit:non est soluturus eos:si cui debeat pro bonis. huius est enim virtus nil extimescere vtilitatem honestati cō/trariam:atq; omnia humana despicere. potest ne:quod iniustum est:id cuiq; vtile esse? peruertunt enim homi/nes ea:quæ sunt fundamenta naturæ:cum vtilitatē ab honestate seiungunt. Quapropter est adolescentis ma iores natu eligere optimos, & probatissimos:quorum consilio:atq; auctoritate nitatur. Ineūtis enim ætatis in/scitia:senum constituenda,& regenda prudentia est. a senibus autem danda est opera:vt iuuentutem consilio, & prudentia q̄plurimum adiuuent. Hoc igitur ordine exercenda est mercatura:quæ si satiata quæstu:vel con/

tenta potius: vt sæpe ex alto in portum: ex ipso portu se in agros: possessionesq́; contulerit: videtur iure optimo posse laudari. Improbantur autem hii quæstus: qui in odia hominum incurrunt: nec quicq̃ ingenuum potest habere officina: minimeq́; artes sunt probandæ: quæ ministræ sunt voluptatum. Vale.

Venetiis per Ioánem Tacuinũ de Tridino
Anno domini. M.D.XXVII.
Mensis Augusti.

SI fidei documenta cupis: secretaq; cœli
Discere: si quicquid pagina sacra tenet.
Si quando instituit Deus omnia: tempus: & annos:
Vt regat arbitrio cuncta creata suo.
Si vires animæ: si quod sit principe dignum:
Si quod sit veræ fœd [illegible] citiæ.
Si quibus ex causis vigeat respublica: paruo
Et quibus in præceps tempore lapsa ruat.
Quæ sint iustitiæ partes: pietatis: honesti.
Quod belli: & pacis tempus vtrunq; iuuet?
Quæ lex sit Veneti indigna: ac abolenda senatus.
Quid strepat in sanctos gens luterana viros.
Multaq; si legum, & medicinæ dogmatha: si quod
Mente agitas lector: deniq; scire cupis.
Hanc lege pandectam: quæ continet omnia: cœlum &
Scandere quo possis tramite sola docet.